70) *falle* — et] Reb.: vt in edendo decidant,

71) optime] Reb.: egregie

72) *Die dorffpfarrher — geplaget.*] Reb.: presbyteri, ludimagistri villarum ante haec tempora notitiam huius artis habuerunt, ideo veneficae valde per illos vexatae sunt.

73) eo confluxisse — uenef.] Reb.: veneficas summis precibus confluxisse,

74) *Aber D. Pommers — ruret.*] Reb.: sed ars Pomerani optima est, is stercore vexabat eas, cacabat enim in ollam, et immiscebat lac et stercus,

75) sordent.] Reb.: sordebant.

76) fuerant] Reb.: fuerant simul

77) seposuerant] Cod. *corrupte:* se pusuerant

Digitized by Google

Christus spricht: one den willen meines himlischen vaters kan euch nicht ein herlein vom heupte fallen. [78])

Inn der Christmessen vnter andern tzeubern ist diese. Es setzet sich einer auff einen wegscheidt nach der sonnen vntergang vnnd in dem finstern vnnd neme 30 gr. fl. taler oder was vor muntze ist, vnnd macht einen kreiss vmb sich vnnd sehe sich nicht vmb, sol ihm der Teuffel den hals nicht brechen, vnnd tzele dieselbigen, bis das man tzu Christmesse leutte. Erstlich wie die tzal naturlich nach einander gehet, darnach tzurucke 30. 29 etc. *vorirret er sich, so gieltes ihm den hals. da kumpt der teuffel, vnnd tzeiget ihm geköpffte, gehenckte am galgen, vnnd vnseglich* [79]) *grausam form backofen, wagengeschir mit radt, er sol sich aber* [*fol. 465*[a]] *nicht dran keren, tzuletzt wirdt ihm ein heckgroschen derselben muntz gegeben, der hecket alle nacht einen andern.* [80])

Hoc probatum [81]) est in pago Pantzdorff, [82]) ubi senatus deprehendit anum quandam, [83]) quae habuit talem gros-

---

78) *ob es dem korn oder wein — — vom heupte fallen.*] Reb.: an frumenta vel vinum, aut siliginem perdere vellent, haec cum hospes obseruasset, vtraque vasa supra lectum ipsarum fudit, quae in glaciem versa est, et illico sunt mortuae. Respondit Mart. Luth. Sathanae magnam esse potentiam in ijs veneficis, Deus enim duobus modis Diabolo et veneficis potestatem in homines admittit, primus in impios, si illos propter peccata eorum corripere conatur. Secundo dat illis potestatem in pios, si illorum fidem et constantiam tentare et probare cupit, an etiam in fide velint perseuerare, absque Dei enim permissione et nostra voluntate Diabolus nobis nequaquam nocere potest, sic enim dicit Dominus: qui nos tangit, is pupillam oculi mei tangit, et Christus inquit: ne pilus quidem cadere potest de capite vestro sine voluntate patris mei.

79) *vnseglich*] *sic scripsi;* Cod.: *vnselich*

80) *Inn der Christmessen — — einen andern.*] Reb.: In missa celebratur mane in festo Natalis Christi: multae veneficae et venefici vtuntur incantationibus, et in horum numero talis quoque inuenitur venefícus, vir aliquis post solis occasum sedet in tenebris super compita, et 30. flo. gros. vel thale. Circulum circumducit, nec circumspicit, ne Diabolus collum illi frangat, postea pecuniam numerare incipit, donec pulsatur ad missam Natalis Christi, primum naturaliter numerat, postea inuertit numerum, sic, 30. 29. 28. et si in hac numeratione errat, tunc Sathan collum illi fraugit. Diabolus quoque accedit illum et multos decollatos, suspensos, item horribiles, et innumerabiles furnos, et plaustra sane horrenda, vna cum instrumentis, monstrauit. Tandem accipit ille per Diabolum gros. parientem, is grossus per omnes noctes alium parit gross.

81) probatum] Reb.: probandum

82) Pantzdorff,] Reb.: Pantzschdorff,

83) senatus deprehendit anum quandam,] Reb.: senatus noster anum quandam deprehendit,

Digitized by Google

sum. Hoc autem modo proditum est ueneficium. Fuit mulieri aliquando [84]) abeundum, haec mandat ancillae, ut prima uacca emulcta, coquat lac et statim infundat in discum, in quo semellas imposuerat anus, et collocet in scrinium ostensum. Ancilla putans non opus esse festinatione, omnes uaccas emulget, tandem adfert lac, aperto [85]) scrinio conspicit uitulum nigrum hiantem horribiliter, et attonita coniecit in os ollam [86]) lacter epletam. Ibi erumpit Diabolus uitulus et incendit aedes illas, [87]) sed praeterea nullae sunt combustae. Comprehensa est ancilla et hera. Ancilla fassa est rem totam. [88]) Iudex uetulae spem certam uitae fecit, si totam rem ordine exponeret [89]) de pariente grosso, habuerunt [*fol. 465b*] eum [90]) longo tempore postea rustici. [91])

Etsi omnia peccata sunt λιποταξίαι [92]) id est, desertiones operis diuini, ac Deum horribiliter offendunt, tamen Magia propter [93]) atrocitatem recte appellari potest crimen laesae maiestatis diuinae. Vt enim Iurisconsulti eruditissime disputant de uarijs speciebus laesae maiestatis, et inter has etiam numerant transitionem [94]) ad hostes, et omnes sine exceptione pronunciant capite mulctandos [95]) esse, ita cum [96]) Magia sit foedissima ac [97]) teterrima transitio ad hostem Dei Diabolum, [98]) iustissimo ordine poena capitis mulctatur etc. [99])

---

84) mulieri aliquando] Reb.: aliquando mulieri
85) aperto] *sic recte* Reb.; Cod.: operto
86) hiantem horribiliter, et attonita coniecit in os ollam] Reb.: horribiliter hiantem, attonita ancilla coniecit ollam in os,
87) erumpit — illas,] Reb.: Diabolus vitulus erumpit, et aedes illas incendit,
88) Comprehensa est — totam.] Reb.: Hera et ancilla est comprehensa, ancilla totam rem ordine confessa est.
89) Iudex — exponeret] *sic* Reb.; Cod. *habet tantum verba extrema*: rem exponeret ordine (*antecedentibus verbis omissis*)
90) eum] *hanc vocem, quae in* Cod. *deest, ipse addidi.*
91) habuerunt — rustici.] Reb.: quem deinde rustici longo tempore habuerunt.
92) λιποταξίαι] *sic scripsi;* Reb.: λιποταξία, Cod.: ἀντοπαξίαι
93) propter] *sic* Reb.; Cod.: per
94) numerant transitionem] Reb.: numerat transitiones
95) mulctandos] Reb.: plectendos
96) cum] Reb.: enim
97) ac] Reb.: et
98) hostem Dei Diabolum,] Reb.: Diabolum hostem Dei
99) mulctatur etc.] Reb.: mulctantur.

Digitized by Google

INVOCATIO SANCTORVM. TRADITIONES. SVPERSTITIO. CEREMONIAE. IEIVNIVM. [100]*)

Quaerebatur, [1]) unde papistae traxissent originem Inuocationis sanctorum. Fortassis a gentibus illum morem receperunt, [2]) qui [*fol. 466*[a]] Deum infinitum in statuas distribuerunt, cuilibet suum officium attribuentes, sicut Palladem [3]) fingebant quoddam numen, quo humana societas conseruaretur. Item alijs alia opera fingebant. Hos [4]) papistae infoeliciter

---

*) Reb. II, fol. 185[b] lin. 13. — fol. 186[b] lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 296 sq. cap. 5. §. 25. 26. III. p. 323 sqq. cap. 33. et p. 329 sqq. cap. 34.

100) Inuocatio Sanct. — Ieiunium.] Reb. *habet hanece inscriptionem*: Ceremoniae et traditionum superstitiones. *Sectio, quae hanc inscriptionem ap.* Reb. *proxime sequitur* (T. II. fol. 185[b] lin. 15. — fol. 186[a] lin. 3.), *in* Cod. *non eodem loco* (fol. 465[b] lin. 20 sqq.), *sed inferiore* (fol. 470[a] lin. 14. — fol. 470[b] lin. 6., *exceptis tamen iis, quae illic in huius sectionis principio,* lin. 15–20 med. *leguntur*) *reperitur, quapropter infra demum exhibebitur* (*conf. seq. nota* 71.).

1) Quaerebatur,] *sectio ab hoc verbo incipiens prima et subsequentes secunda, tertia, quarta, sexta et septima, quarum extrema finitur verbis:* docebantur aut discenda putabantur, *ap.* Reb. *non hoc loco* (T. II. fol. 185[b]), *quo in* Cod. *leguntur, sed paulo inferiore, et ordine prorsus diverso exhibentur. Nam*

Sectio I.: „Quaerebatur, unde papistae — — sicut infans in utero" *ap.* Reb. *invenitur* fol. 188[a] lin. 20. — fol. 188[b] lin. 18. med.

Sectio II.: „Inuocatio sanctorum horrenda — — *Es ist* ludibrium sathanae." *ap.* Reb. *priori proxime praecedit* fol. 187[b] lin. 23 med. — fol. 188[a] lin. 19.

Sectio III.: „Responsorium: Discubuit — — ex ueteri testamento." *ap.* Reb. fol. 186[b] lin. 25. — fol. 187[a] lin. 2. *reperitur* (*vide infra notam* 23.

Sectio IV.: „Traditiones in papatu — — impietas Romanae sedis." *legitur ap.* Reb. fol. 187[a] lin. 13–24 med.

Sectio V.: „Anno 38. 1. Sept. — — priuilegio confirmauit etc." *ap.* Reb. *desideratur.*

Sectio VI.: „Finalis causa humanarum tr. — — opera ciuilia laudem et exaltem." *invenitur ap.* Reb. fol. 187[b] lin. 6–23 med.

Sectio VII.: „Ieiunio papistico miserrima c. — — aut discenda putabantur." *reperitur ap.* Reb. fol. 187[a] lin. 24 med. — fol. 187[b] lin. 6 med.

Ad hanc ordinis diversitatem multis locis etiam verborum varietas accedit (*conf. notae sequentes*).

2) traxissent originem — receperunt,] Reb.: inuocationis Sanctorum originem traxerint, cum esset contra primum praeceptum, et articulum iustificationis. Respondit Mart. Luth. Arbitror illos mortem (*typ. err. pro*: morem) recepisse a gentibus,

3) cuilibet suum o. — Palladem] Reb.: singulis officium tribuentes, et Deos indigentes, fingentes. Palladem

4) Item alijs — Hos] Reb.: Iunonem quae parturientibus subueniret Ioui, Mercurio, Marti, Ita alijs alia fingebant auxilia, quos

Digitized by Google

imitati, Deo [5]) omnipotentiam negauerunt, et quilibet extra uerbum Dei pro suo captu sensit quam securissime. Sicut quidam Diaconus, cum debebat consecrare, putabat incongruum esse, dicere: hoc est corpus meum. Dixit: haec sunt corpora mea. Gloriatus deinde apud ceteros suam sententiam: *wann ich nicht so ein gutter* Grammaticus *gewest were, so hette ich ein ketzerei angerichtet*, et tantum unam hostiam consecrassem. *Solche gesellen wirdt die weldt viel erfurbringen*, qui, [6]) Grammatici, Dialectici, Rhetores, sacram scripturam confundent, *wie der* Seruetus, Campanus. [7]) Deus seruet suam Ecclesiam, quae [*fol. 466b*] gestatur sicut infans in utero. [8])

Inuocatio sanctorum [9]) horrenda fuit caecitas *) et quaestus, et tamen nolunt resipiscere papistae. [10]) Summum papae fundamentum a mortuis auctum. [11]) Nam sanctorum inuocatio et mortuorum expiatio *hat alles getragen*, *die todten haben viel mehr getragen denn die lebendigen.* Superstitio plus alit [12]) quam religio. Illa est domina, haec serua. *Wann wir den Catechismum konden erhalten* **) *vnnd die schulen* posteris *auffrichten, so hetten wir wol gelebet.* Caeremoniae facessent, quia sunt fomes [13]) et materia superstitionis. *wan ich nur das konde tzuwegen bringen, das man* politice *ordi-*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 297. cap. 5. §. 26.
**) *Conf.* ibid. III. p. 324 sq. cap. 33. §. 3.

5) infoeliciter — Deo] Reb.: infoeliciter impie imitati, Dei
6) et quilibet extra uerbum Dei — — *erfurbringen*, qui,] Reb.: et mortuis sanctis applicarunt, quasi Dijs tutelaribus (qui in periculis auxiliari possent) dentium, oculorum, capitis, pestis singulis tribuebant, et hoc extra verbum Dei pro suo captu affirmabant, sicut diaconus quidam fecit, cum consecrare debebat in missa hostias, putabat incongruum esse dicere, Hoc est corpus meum, dixit: Haec sunt corpora mea, deinde apud caeteros gloriatus est suam scientiam: nisi fuissem tam bonus Grammaticus, magnam instituissem haeresin, et tamen (*typ. err. pro:* tantum) vnam hostiam consecrassem, huiusmodi multa nebulones in lucem producunt, quod
7) confundent, — Campanus.] Reb.: confundentes, sicuti Seruetus, Campanus, etc.
8) Deus seruet — in utero.] Reb.: Deus suam Ecclesiam conseruet, quae sicut infans in utero gestatur.
9) Inuocatio sanctorum.] *sectio ab his verbis incipiens quo loco ap.* Reb. *inveniatur, in praeced. nota* 1. *indicavi.*
10) nolunt resip. papistae.] Reb.: Papistae nolunt resipiscere.
11) auctum.] Reb.: augebatur.
12) *hat alles getragen* — plus alit.] Reb.: multas attulerunt diuitias, Mortui enim maiora dederunt sacrificulis dona quam qui in viuis fuerunt. Nam superstitio plus valet
13) *Wann wir den Cat.* — sunt fomes] Reb.: O vtinam conseruare inter nos possemus Catechismum et scholas erigere posteris, satis bene vixissemus. Facessant ceremoniae, quae sunt fontes

Digitized by Google

nirtte, das man die woche tzwene tage nicht fleisch esse, sufficeret. [14]) Nolumus illud superstitiosum ieiunium papisticum, *do die Collation besser waren dann die maltzeitten*, et recitauit [15]) [*fol. 467*[a]] historiam Italicam, ubi peregrinus quidam interrogatus, [16]) utri mensae se adiungere uellet, [17]) coenae aut collationi. Cum coenam elegisset, appositus est illi halec et pauca alia [18]) tenuia. In altera mensa [19]) optimae deliciae, pisces et confecta apposita sunt ieiunantibus cum optimo [20]) potu. *Es ist* ludibrium [21]) sathanae.

Responsorium: Discubuit Hiesus etc. canebatur. *das sint schöne* notae, *vnnd auch ein schöner text*, quem ad unam speciem torserunt et textus de conuiuio Ahasueri [22]) est detortus. Sanctus Thomas dicitur responsoria composuisse, qui plerumque ea ex nouo testamento composuit, et uersus ex ueteri testamento. [23])

Traditiones [24]) in papatu molestissimae ex superbia ortae sunt,*) iuxta dictum Christi: Digito [25]) non attingentes. Nam magna autoritate urgebant, [26]) quae ipsemet contemnebant,

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 323. cap. 33. §. 1.

14) *wan ich nur das* (Cod.: *dz dass*) — sufficeret.] Reb.: Ego si hoc possent (*typ. err. pro:* possem) instituere et efficere, vt politice ordinaretur, quod homines in hebdomada per duos ab esu carnium abstinerent dies, tum sufficeret,

15) *do die Collation* — recitauit] Reb.: in quo collationes longe fuerant meliores, quam ipsa conuiuia et prandia. Recitans

16) interrogatus] Reb.: in hospitio interrogatus ab hospite,

17) mensae (Cod.: mense) se adiungere uellet,] Reb.: mensae se adiungi velit,

18) alia] Reb.: quaedam

19) mensa] Reb.: mensa, cui imponebatur mappa,

20) optime] Reb.: precioso

21) *Es ist* ludibrium] Reb.: Haec sunt ludibria

22) Ahasueri] *sic scripsi;* Cod. et Reb.: Assueri (= Vulg.); *conf. de hoc Ahasveri regis convivio* Esther 1, 3 sqq.

23) Responsorium: Discubuit Hiesus — — uersus ex ueteri testamento.] *haec ap.* Reb. *inferiori loco* (T. II. fol. 186[b] lin. 25. — fol. 187[a] lin. 2.) *inserta et sic mutata sunt:* sic illud Responsorium. Discubuit Ihesus, etc. canebatur, in quo pulchrae sunt notulae et textus amabilis est, quem Papistae ad vnam speciem applicarunt, et detortus est textus de conuiuio Assueri. Aiunt S. Thomam Responsoria composuisse, qui ea plerumque ex Nouo Testamento, versus vero ex Veteri Testamento composuerit.

24) Traditiones] *sectio ab hac voce ordiens ubinam ap.* Reb. *reperiatur, supra in nota* 1. *dixi.*

25) molestissimae — Digito] Reb.: impiae et molestissimae sunt ortae ex fastu et superbia, iuxta Christi dictum: alios praegrauantes, digito autem

26) urgebant,] Reb.: vrgebant a caeteris nationibus Itali,

Digitized by Google

sicut duo Galli ex Italia uenientes dicebant, [27]) se Romae in [28]) ipsa bona sexta feria publice [*fol. 467*[b]] carnes comedisse, si hoc fieret in Gallia, igne cremaretur. Tanta est impietas Romanae sedis. [29])

Anno 38. 1. Septembris afferebantur ex Anglia literae a Vicecancellario de foelici cursu Euangelij, quod multi Episcopi consentirent una cum Rege, et quod Rex insignem locum peregrinationis ad S. Mariam Portellasse uastasset, simulachrum destruxisset et thesaurum abstulisset, quam idolatriam Papa summo priuilegio confirmauit etc. [30])

Finalis causa [31]) humanarum traditionum*) est, [32]) ut sint cultus necessarij ad salutem, *das ist der teuffel vnnd alles vngluck*, etiamsi opera sunt pijssima, si praedicator, gubernator, paterfamilias suam uocationem diligenter administrat, et addit hanc causam finalem. Ideo faciam, ut satisfaciam Deo, *so ist es alles verterbet.* [33]) Talis impijssima superstitio fuit [34]) in operibus supererogationis, *wie das schiff wol anlzeiget*, in qua tantum sedebant [*fol. 468*[a]] Monachi et Nonnae, et sacerdotes, [35]) qui reliquis hominibus funes et manus in mari [36]) porrigebant, quasi Ecclesia sancta nihil [37]) esset nisi rasorum turba. Et hodie Wicelius me blasphemat, [38]) quod opera ciuilia laudem et exaltem. [39])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 323 sq. cap. 33. §. 2.

27) sicut duo Galli — dicebant,] Reb.: Aderant enim duo Galli studiosi Vitebergae ex Italia venientes, cum Luthero prandentes, affirmabant

28) in] *a* Reb. *abest.*

29) si hoc fieret — Rom. sedis.] Reb.: Si hoc in Gallia fieret, igne cremarentur. Respon. M. L. Tanta est Romae sedes impietatis, Deum hominesque ludentis,

30) Anno 38. 1. Sept. — — confirmauit etc.] *haec ap.* Reb. *non inveniuntur.*

31) Finalis causa] *sectio sic incipiens quonam loco ap.* Reb. *quamvis mutata legatur, supra in nota* 1. *designavi.*

32) Finalis — trad. est,] Reb.: Summa, si humanae traditiones eo fine traduntur, etc.

33) *das ist — — alles verterbet.*] Reb.: omnino repudiandi sunt, etiamsi sint opera pijssima, scilicet, praedicare, studere, gubernare, laborare, iuxta cuiuslibet vocationem piam, tamen ipsissimus est Diabolus, et omne malum integrum, si haec causa finalis additur, Ideo hoc facio, vt Deo satisfaciam, ideo omnia corrumpit hic scrupulus.

34) imp. superst. fuit] Reb.: fuit impijssima superstitio,

35) *wie das schiff — —* sacerdotes,] Reb.: sicuti haec nauis indicat, in qua Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, Nonnae, sacrificuli soli sedebant,

36) in mari] Reb.: in mari natantibus

37) nihil] Reb.: nihil aliud

38) Wicelius me blasphemat,] Reb.: Wezelius transfuga me accusat,

39) laudem et exaltem.] Reb.: laudibus eueham.

Digitized by Google

Ieiunio papistico [40]) miserrima caedes *) et corruptio iuuentutis facta est, ubi homines [41]) proportione Arithmetica idem tempus et [42]) eundem cibum habere cogebantur. [43]) Ita naturales uires sunt corruptae. Ideo Gerson coactus est scribere consolationem afflictis, [44]) ne desperarent, quia ieiunantes minus peccarent in excessu quam defectu, quia [45]) defectus extingueret naturam. Tales tenebrae fuerunt in papatu, ubi neque decalogus, neque symbolum, neque oratio Dominica docebantur aut discenda putabantur.

Aduentus ceremonia fuit optime ordinata [46]) in gratiarum actionem incarnationis Christi. Profecto [47]) ineffabilis Dei misericordia [*fol. 468*[b]] et *φιλανθρωπία* fuit, quod carne et sanguine se uestijt. Ideo nunquam satis potest humanis cogitationibus considerari. *Aber tzuletzt ist der* aduent *tzu den greulichen* Idolatrijs *geraten, do ist das* Rorate *ein Eusserliche vnnd innerliche hurerey worden,* [48]) praesertim Lipsiae, ubi tanta fuit scortatio, ut excelleret humanum captum etc. [49])

Homines sanctitate ficta superstitiosorum [50]) decipiuntur, solius autem [51]) scripturae et Spiritus sancti officium est, id reuelare. [52]) Nulla Dialectica posset docere discrimen sanctitatis substantialis et accidentalis, [53]) ut sanctus Franciscus

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 325. cap. 33. §. 4.

40) Ieiunio papist.] Reb.: nam ieiunio ficto et superstitioso — *De diverso loco, quo sectio ab his verbis ordiens ap.* Reb. *inveniatur, iam supra in nota* 1. *dixi.*

41) homines] Reb.: hominis

42) et] *a* Reb. *abest.*

43) cogebantur.] Reb.: cogebatur.

44) Ideo G. — afflictis,] Reb.: Quapropter Gerson consolationem scribere afflictis coactus est,

45) defectu, quia] Reb.: in defectu, nam

46) Aduentus — ordinata] Reb.: Ceremoniae aduentus domini rite et pie fuerunt ordinatae

47) Profecto] Reb.: vbi

48) fuit, quod carne — *hurerey worden,*] Reb.: Christi, in carnem et sanguinem nostrum sese vestientis Ecclesiae mandatur, quod beneficium humanis cogitationibus nunquam potest satis considerari: Ideo tales ceremoniae sunt applicatae ad commemorationem, vltimo autem aduentus prouenit ad horribilissimam idolatriam, vero in externam et internam scortationem mutatum est,

49) excelleret humanum captum etc.] Reb.: humanum captum excelleret.

50) Homines sanctitate ficta superstitiosorum] Reb.: Ita homines sanctitate et ficta et superstitione

51) autem] Reb.: enim

52) id reuelare.] Reb.: talia reuelare, et ordinare.

53) posset docere discrimen sanctitatis substant. et accidentalis,] Reb.: discrimen sanctitatis et accedentalis docere posset,

Digitized by Google

fuit substantialiter sanctus per uerbum fidei, deinde infatuatus [54]) accidentali sanctitate cucullae, quam uulgus uidere et palpare potuit et amplexus est, [55]) cum tamen cuculla esset improprium accidens sanctitatis, *Ist kein* naturale accidens et proprium. [56]) Cappa autem et funis [57]) sancti Francisci [58]) est plane improprium et portentosum accidens. S. Bernhardus 36 annos fuit Abbas, quibus [*fol. 469*[a]] annis *hat er 160 klöster gebauet* in summa prouisione, *denckt was dartzu gehöret 160 klöster tzu erhalten.* Ita in immensum crescit superstitio paruo tempore, cum Euangelium interim mendicet. [59]) Et dicebat D. Martinus Lutherus Euangelium Lucae 9. de transfiguratione Christi, magis conuenire festo Trinitatis. [60])

OSTERN. [61])*)

Variae fuerunt quaestiones olim de hac appellatione. [62]) Primo dixerunt esse interrogationem ad eos, qui usi fuerant sacramento: Edistis *ostern? asset ihr ihn?* [63]) Alij dicunt, quod Christus resurgens uersus orientem respexit, *kegen den ost.* Ego autem, inquit, puto [64]) esse corruptum uocabulum *vrstendt* [65]) et ibi esse metathesin literarum, *Ostern* pro *vrstendt.* Ita olim Epiphaniae festum uocarunt *vberschein.* [66])

---

*) Reb. II, fol. 186[b] lin. 9. — fol. 187[a] lin. 12. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 326. cap. 33. §. 7. 8.

54) infatuatus] Reb.: infatuatus et fascinatus

55) et amplexus est.] *a* Reb. *absunt.*

56) *Ist kein* — proprium.] Reb.: est naturale accidens, sicut est forma et vires, in adolescente accidens naturale est proprium.

57) funis] Reb. *male*: funus

58) sancti Francisci] Reb.: S. Francisco

59) 36 annos fuit — — interim mendicet.] Reb.: Abbas fuit 36. quo tempore 160. monasteria construxit et ordinauit in summa prouisione, cogitate nunc quantis constiterit sumptibus, ad alendum centum et sexaginta monasteria. Ita superstitio exiguo tempore in immensum crescit, Euangelio interim mendicante.

60) Et dicebat — Trinitatis.] *a* Reb. *absunt.*

61) *Ostern.*] Reb.: Paschae Etymologia.

62) Variae — appellatione.] Reb.: Quaestiones variae olim fuerunt de hac appellatione Paschae.

63) qui usi f. — *ihn?*] Reb.: qui participassent Coenam dominicam, edistis ne illum?

64) uersus orientem — puto] Reb.: respexit versus orientem, Eurum. Mart. Luth. inquit. Arbitror

65) nocab. *vrstendt*] Reb.: vocabulum germanicum latine resurrectio,

66) *Ostern* pro *v.* — *vberschein.*] Reb.: vt sic vocabulum Pascha, germanice Ostern, Verius nominatur, germanice auffersteung, latine resurrectio.

Digitized by Google

In festo Pentecostes prosa est syncerissima, ***die der heilige geist selber von sich gemacht hat,*** uerbis et melodia, [67]) sicut tempore [68]) Paschae, stetit [*fol. 469*[b]] Angelus, etc. est optimus cantus. [69]) Varij sunt Musici, sicut quidam Germanus Compostellam proficiscens rogatus a Gallis, ut Germanice caneret, ipse cecinit: ***der schöpfer in der obermule*** etc. et ***hab dir mein tochter,*** flexus canebat, ibi etiam Galli flectebant genua sua, quasi Deum nominaret. [69])

Consistorij ordinatio [70]) a Magistro Antonio Lauterbachio ostensa *) D. M. Luthero, nouis et superstitiosis ceremonijs aucta, cum neque princeps neque consistorium uel scirent aliquid de ea re uel consentirent. Respondit: Musa est homo

---

*) ***Conf.*** Luth. colloq. germ. Ifl. p. 326 sq. cap. 33. §. 9.

67) ***die der h. g.*** — melodia,] Reb.: quam ipse Spiritus sanct. a seipso composuit, verbis et melodia iucundissima,

68) tempore] ***sic*** Reb.; ***in*** Cod. ***deest.***

69) est optimus cantus. — — quasi Deum nominaret.] Reb. ***h. l. exhibet haecce:*** Aduenisti et alia pia responsoria et hymni festorum pie obseruanda sunt, sic illud Responsorium. Discubuit Ihesus, etc. canebatur, in quo pulchrae sunt notulae et textus amabilis est, quem Papistae ad vnam speciem applicarunt, et detortus est textus de conuiuio Assueri. Aiunt S. Thomam Responsoria composuisse, qui ea plerumque ex Nouo Testamento, versus vero ex Veteri testamento composuerit, sed varij sunt Musici et Cantilenae, quae spirituali iudicio indigent, dixitque de quodam Germano Compostellam proficiscenti, cumque a Gallis rogatus, vt germanice caneret deuote, ipse flexis genibus quasi Deum nominaret, incipit, et hanc cecinit cantilenam, opilio in suprema mola, etc. et cum haec verba caneret: habeas tibi meam filiam, satis deuote in genua procumbens, ibi Galli quoque flectebant sua genua, putantes eum Deum nominare. — ***Ex his elucet, huic loco ap.*** Reb. ***inserta esse illa, quae in*** Cod. ***supra*** fol. 467[a] lin. 8 — 4. ***leguntur:*** „Responsorium: Discubuit Hiesus — — et uersus ex ueteri testamento." (***vide supra*** p. 17. lin. 10—15.)

70) Consistorij ordinatio] ***sectio in*** Cod. fol. 469[b] lin. 8. ***ab his vocibus ordiens, quae ibid.*** fol. 470[a] lin. 3. ***finitur verbis:*** excludam te e numero nostrae Ecclesiae, ***ap.*** Reb. T. II. fol. 188[b] lin. 18. med. — fol. 189[a] lin. 13. ***exhibetur sic mutata:*** Superattendentes aliqui Lutherum accedentes, consistorij ordinationem superstitiosam, nouis ceremonijs auctam deplorarunt, sine scitu principis et consistorianorum, etiam Episcopo Merseburgensi ignorante. Respondit Mart. Luth. Habent Episcopum pium et persuasibilem ceremonijs, qui librum ad me misit multis ceremonijs ornatum, vt approbarem. Ego vero ad marginem scripsi: hoc non potest fieri, hoc est intolerabile, hoc est impium, hoc est superstitiosum, hoc inutile est, minus necessarium, hoc aliquomodo potest et fieri, etc. Ita Episcopi deuotionem repudiani. Ego ex animo odi illa decreta, etiamsi libere fieri possent, nam Sathan quaerit nouos laqueos conscientiarum humanis traditionibus, contra quos ego viginti quinque annis pugnaui, pro libertate Christiana retinenda, adhortatus ne in illa decreta consentirent, etiamsi princeps et Angelus Gabriel vrgeret, sed vt synceriter verbo Dei, Sacramentis veris, pia et honesta vita pergerent, satis esse Ceremoniarum, et verae disciplinae, Si illis praestaremus veram obedientiam, et puram, atque incorruptam Euangelij doctrinam confiteremur, Ideo nolite vos decipi.

Digitized by Google

capitosus, habetque Episcopum bonum et persuasibilem ceremonijs, qui mihi librum misit multis ceremonijs, ut approbarem, ego uero ad marginem scripsi: Hoc non potest fieri. Est intollerabile. Est impium. Est superstitiosum, est inutile, est minus necessarium. Hoc aliquo modo posset fieri. Ita Episcopi deuotionem repudiaui. Ego ex animo odi illa decreta, etiamsi libere fieri possint. [*fol. 470*ª] Nam sathan quaerit nouos laqueos conscientiarum, nouis traditionibus, contra quas ego ultra 25 annos pugnaui uerbo Dei ad retinendam libertatem. Deinde adueniente Daniele saepe nobiscum locutus est, ne consentiremus in illa decreta, etiamsi princeps aut Angelus Gabriel urgeret, sed ut sinceriter uerbo Dei, sacramentis ueris, pia et honesta uita pergeremus, satis haberemus ceremoniarum et disciplinae uerae, *wan man denen nur folgete.* Dixitque ad me: Si consenseris, excludam te e numero nostrae Ecclesiae.

SABATHVM MVTATVM IN DIEM DOMINICVM. [71]) *)

Ego credo Apostolos mutasse sabathum, quia alias nemo hoc facere ausus fuisset. Et credo, quod principaliter fecerint hoc, ut eximerent animis hominum illam opinionem, quod non essent iusti propter legem et obseruationem legis, et ut firmiter hoc statuerent non esse necessariam ad salutem legem. Resurrectio [*fol. 470*ᵇ] autem Christi mouit ad hoc Apostolos, in die pentecostes misso spiritu sancto, sed ipsi antea erant in carnali opinione: Nos putabamus illum instauraturum regnum Israel, tantum imaginabantur mundanum et politicum regnum.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 327 sq. cap. 33. §. 10.

71) Sabathum — Dominicum.] *sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 470ª lin. 14. — fol. 470ᵇ lin. 6. *in huius capitis fine legitur, ap.* Reb. *in eiusdem capitis principio (conf. supra nota* 100.) fol. 185ᵇ lin. 15. — fol. 186ª lin. 3. *invenitur sic mutata:* Aeternus Deus Ecclesiam suam plantat, rigat, illique incrementum dat, per verbum suum, pure renelatum, additis signis sacramentalibus et pijs ceremonijs, a quibus extra Dei mandatum non est discendum, sed synceriter perseuerandum. Quod autem Sabbathum sit mutatum in diem dominicum, arbitror ab Apostolis factum esse, alias nemo hoc facere ausus fuisset, et credo quod praecipue ideo mutarint, vt illam opinionem iusticiae et obseruationis legis animis hominum eximerent, firmiter concludentes legem minus necessariam ad salutem, Resurrectio autem Christi Apostolos ad hoc permouit, in die Pentecostes, missio Spiritus sancti, Ac ipsi Apostoli antea erant in hac carnali opinione. Nos putabamus illum regnum politicum instauraturum, tantum mundanum et politicum regnum imaginantes.

Digitized by Google

Nota. *Ut lector permagnam diversitatem ordinis, quo singulae sectiones huius capitis, quod in* Cod. fol. 465b lin. 15. — fol. 470b lin. 6. *et ap.* Reb. T. II. fol. 185b lin. 13. — fol. 189a lin. 13. *legitur, in his libris dispositae sunt, facilius intelligat, hunc conspectum earum propono secundum* Rebenstockii *ordinem:*

Reb. II. fol. 185b lin. 15. — fol. 186a lin. 3. = Cod. fol. 470a lin. 14. — fol. 470b lin. 6. (*vide notas* 100. *et* 71.)
— — fol. 186a lin. 4. — fol. 186b lin. 25 med. = Cod. fol. 468a lin. 19. — fol. 469b lin. 1 med.
— — fol. 186b lin. 25 med. — fol. 187a lin. 2 med. = Cod. fol. 467a lin. 8 — 14. (*vide not.* 1. [*Sect.* III.] *et* 23.)
— — fol. 187a lin. 2 med. — lin. 12. = Cod. fol. 469b lin. 1 extr. — lin. 7.
— — fol. 187a lin. 13 — 24 med. = Cod. fol. 467a lin. 15. — fol. 467b lin. 3. (*vide not.* 1. [*S.* IV.])
— — fol. 187a lin. 24 med. — fol. 187b lin. 6 med. = Cod. fol. 468a lin. 7. — 18. (*vide not.* 1. [*S.* VII.])
— — fol. 187b lin. 6 med. — lin. 23 med. = Cod. fol. 467b lin. 12. — fol. 468a lin. 6. (*vide not.* 1. [*S.* VI.])
— — fol. 187b lin. 23 med. — fol. 188a lin. 19. = Cod. fol. 466b lin. 2. — fol. 467a lin. 7. (*vide not.* 1. [*S.* II.])
— — fol. 188a lin. 20. — fol. 188b lin. 18 med. = Cod. fol. 465b lin. 20. — fol. 466b lin. 1. (*vide not.* 1. [*S.* I.])
— — fol. 188b lin. 18 med. — fol. 189a lin. 13. = Cod. fol. 469b lin. 8. — fol. 470a lin. 13. (*vide not.* 70.)

COENA [72]) DOMINI. *)

Papistarum desperata est caecitas, qui Euangelio cedere nolunt, Ecclesiam gloriantes. Dicunt illi liberum esse mutare quae uelint. [73]) Nam [74]) Christus suum corpus post coenam distribuit discipulis, [75]) nos uero nunc ieiuni sumimus. Ergo licet et calicem adimere pro Ecclesiae iudicio. [76]) Insensati nebulones non possunt discernere [77]) inter calicem, qui est substantia Sacramenti, et inter ieiunium, quod est accidens.

---

*) Reb. II, fol. 132b lin. 25. — fol. 138a lin. 12. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 295 sqq. cap. 19.

72) Coena] Reb.: De Coena

73) Papistarum — quae uelint (Cod.: uelit)] Reb.: Pijssimum est Ecclesiam veram et pias conscientias in voluntate Dei, ordinationibus, promissionibus, Testamentis obedienter quiescere. At Papistarum desperata caecitas Euangelio credere nolentium, Ecclesiam fictam gloriatur, asserentes liberum esse mutare; quae Christus ordinauerit, dicentes.

74) Nam] *a* Reb. *abest.*

75) distribuit discipulis,] Reb.: discipulis distribuit,

76) et calicem adimere pro Eccl. iudicio.] Reb.: pro Ecclesiae iudicio calicem adimere.

77) Insensati nebulones non possunt discernere] Reb.: Execrandi nebulones discernere non possunt

Digitized by Google

Illud habet uerbum Dei, [78]) hoc in nostro positum est arbitrio. [79]) Illud ex mandato Dei urgemus, hoc medium [80]) relinquimus, quamuis ieiunium plus placet ad reuerentiam, [81]) ne ebriosi Germani post crapulam, sine omni reuerentia illud accipiamus, ut Corinthios fecisse Paulus scribit. [82]) [*fol. 471a*] Non [83]) mihi displicet, post sumptionem Sacramenti cauere, ne in terram expuatur, *Es ist nicht viel daran gelegenn,* [84]) attamen ut uulgus in externa reuerentia [85]) seruetur, optime est ordinatum.

Casus*) de tribus [86]) fratribus proponebatur D. M. Luthero, maximum fratrem nimium de haereditate sibi uendicare, duos reliquos iudicio senatus uoluisse permittere, et tamen literis et orationibus reconciliationem tentasse. Cum causa ista penes magistratum sit, est quaestio: An debeant isti duo sumere sacramentum. Respondit Doctor: *weil sie es an ihn nicht bracht haben,* et uoluerunt cum eo reconciliari, ipse uero noluit, licet illis accedere, praecipue *weil die sache nicht bey ihnen stehet, sondern bey den* iudicibus. [86])

VNA SPECIES SACRAMENTI. [87]) **)

Mirum est, quomodo Sathan unam speciem ordinauerit.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 295 sq. cap. 19. §. 2.
**) *Conf.* ibid. II. p. 296. cap. 19. §. 3. 4.

78) uerbum Dei,] Reb.: Dei verbum,
79) positum est arbitrio.] Reb.: arbitrio positum est.
80) medium] Reb.: medium et ἀδιάφορον
81) ad reuerentiam,] Reb.: ad reuerentiam sumentis,
82) illud accip. — scribit.] Reb.: accipiunt, vt Paulus Corinthios id fecisse deplorat,
83) Non] Reb.: neque
84) *Es ist — gelegenn,*] Reb.: non multum in hoc situm est,
85) externa reuer.] Reb.: reuerentia externa
86) Casus de tribus] *sectio ab his verbis ordiens, quae finitur verbis: sondern bey den* iudicibus. (Cod. fol. 471a lin. 6 — 17.), *ap.* Reb. II. *non* fol. 133a *post* lin. 21., *qua praecedens sectio exit, sed inferius* fol. 136a lin. 9 — 21. *sic exhibetur*: Casus de tribus fratribus discordantibus proponebatur, Maiorem fratrem de haereditate contentiosum, nimium sibi vendicare, duos reliquos fratres, Senatus iudicio quiescere, et insuper literis et orationibus reconciliationem tentasse, cum iam causa penes Magistratum esset, Quaeritur, an duo illi fratres Sacramento participare possunt. Respondit Mar. Luth. Quia fratri maiori ansam litigandi non praebuerunt, reconciliationem quaerentes, ipse vero detrectauerit, licet illis accedere, praecipue, quia causa non est coram illis, sed coram iudicibus.
87) Vna spec. sacr.] *haec inscriptio ap.* Reb. *deest.*

Digitized by Google

Ego non memini [88]) me unquam legisse, quando, ubi, a qua persona, uel qua [*fol. 471b*] occasione mutatum sit. In concilio Constantiensi tamen [89]) primum canones facti sunt, ubi nihil gloriantur, *dan die lobliche gewonheit.* [90])

Magistro Hausmanno in Dessau agenti a D. Luthero et Philippo Melanthone responsum est, [91]) ut institutionem Christi commendaret, et alteram unius speciei sententiam [92]) improbaret, ne qui ad unam speciem redirent, et scientes Christi institutionem certo, potius in totum abstinerent. *wolde es aber iemandt* sub una specie *entpfahn, der solde es auff sein ebentheuer wagen.* [93])

D. M. Lutherus interrogatus a multis nobilibus et ciuibus: [94]) Num scientes peccarent, coacti autem a Tyrannis possint unam speciem sumere, [95]) respondit: Si scitis institutionem Christi, et creditis ueram, [96]) non licet, quia conscientia uestra aliter sentit et loquitur. Quod si autem timetis tyrannidem, satius est omnino [97]) abstinere. Summa summarum, *wer die gefar nicht stehen wil, der lasse es anstehen.* [98])

[*fol. 472a*] D. Cruciger interrogabatur, [99]) An recte facerent quidam sacerdotes, [100]) qui pro uoluntate alterutram [1]) porrigerent, et ex calice utrisque [2]) darent, etiam pro simplici unio. Respondit D. quod non debeant consecrare ista

---

88) unam speciem — memini] Reb.: alteram speciem ordinauit, non enim memini
89) tamen] Reb.: tunc
90) *dan d. l. g.*] Reb.: quam iucundam consuetudinem.
91) Magistro H. — responsum est,] Reb.: Magister Nicolaus Hausman Pastor in Dessau a me et Phi. Mel. responsum accepit et admonitus est.
92) sententiam] *sic* Cod.; Reb.: sumptionem
93) et scientes — *wagen.*] Reb.: certo scientes, Christi institutionem veram, ita vt potius in totum abstinerent, at si aliquis Sacramentum sub vna specie sumere vellet, is suo faciat cum periculo.
94) interrogatus a m. n. et ciuibus.] Reb.: a multis Nobilibus et ciuibus interrogatus.
95) peccarent, (Cod.: se peccare) — sumere.] Reb.: peccarent, vnam speciem sumentes a Tyrannis coacti.
96) et creditis ueram,] Reb.: eamque veram creditis,
97) omnino] *sic* Reb.; Cod.: animo
98) Summa — *anstehen.*] Reb.: Summa, qui non conatur sustinere periculum, is abstinere debet.
99) interrogabatur,] Reb.: interrogabat M. Lüth.
100) quidam sacerd.] Reb.: Sacerdotes quidam.
1) alterutram] Reb.: alterum
2) utrisque] Cod. *calami err.*: utrusque

Digitized by Google

fraude, [3]) ut quidam duplici, alij una specie communicent. [4]) Ideo quia sacramentum sit publica confessio. [5])

CASVS DE SACRAMENTO. [6]) *)

Vxor cuiusdam ciuis Oschazensits [7]) Christiana, cum usa esset sacramento utriusque speciei, [8]) ingenue id confessa, coacta est discedere, marito tamen in urbe retento, qui et ipse bonus et pius uir fuit. [9]) Quaeritur, quidnam marito agendum sit. Respondit: [10]) Vna caro sunt, ideo [11]) eandem crucem ferre debent. Hoc tamen illi [12]) consulendum esset, ut remitteret uxorem ad dimidium annum suis cognatis [13]) in nostro ducatu, expectans euentum Tyrannorum, et sineret uxorem peregrinari in nomine Christi. *Es wirdt die lenge nicht also bestehen.* [14])

Sacramenti huius [15]) causa efficiens**) est uerbum [*fol. 172b*] seu institutio [16]) Christi. Materia est panis et [17]) uinum. Forma est corpus et [17]) sanguis Christi.' Finis, ut eo confirmemus fidem nostram, [18]) ne quid [19]) dubitemus Christi corpus pro nobis datum, et sanguinem eius pro nobis fusum, [20])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 298 sq. cap. 19. §. 6.
**) *Conf.* ibid. II. p. 305. cap. 19. §. 16.

3) D. quod non — fraude,] Reb.: Mart. Luth. Ista fraude non debent consecrare,
4) communicent.] Reb.: communicarent.
5) Ideo — confessio.] Reb.: Nam sacramenti sumptio est salutaris confessio publica fide affirmanda.
6) Casus de sacramento.] *a* Reb. *absunt.*
7) Oschazensis] Reb. *typ. err.*: Ostbacensis
8) speciei] Cod. *male:* spefies
9) cum usa esset — uir fuit.] Reb.: cum Sacramento vtriusque speciei vsa esset, idque ingenua confessa. Quapropter a Principe expulsa in exilium, manente vero marito in vrbe, quod pius et bonus erat vir.
10) Respondit:] Reb.: Respondit Mart. Luth.
11) ideo] Reb.: igitur
12) illi] Reb.: marito
13) ut remitteret ux. ad d. a. suis cognatis] Reb.: vt vxorem ad d. a. suis cognatis remitteret,
14) et sineret — *bestehen.*] Reb.: vxorem permitteret peregrinam in nomine Christi, non enim diutius consistere potest.
15) Sacramenti huius] Reb. *praemissa inscriptione:* Aliud. *habet*: Sacramenti coenae
16) institutio] Reb.: iustificatio
17) et] *a* Reb. *utroque loco abest.*
18) eo confirm. fidem nostram,] Reb.: fidem nostram eo confirmemus,
19) quid] *a* Reb. *abest.*
20) datum, — fusum,] Reb.: effusum (*ceteris omissis*)

Digitized by Google

ac peccata nobis [21]) certo remissa esse per mortem Christi. [22]) Hoc inde officium et beneficium consecuti sumus, quod sit [23]) saluator non iudex, Redemptor non accusator, Liberator non [24]) captiuans, quia nos in Adam omnes [25]) peccatores ac [26]) rei mortis ac damnationis sumus, Christi autem [27]) sanguine iustificati, sanctificati, ac liberati sumus omnes. Haec [28]) fide tantum accipiuntur.

FRAGE STVCK R. M. V. TZV SAMPT D. M. LVTHERI ANDTWORDT. [29]) *A. d. 1537.*

I. *Ob gnug sey das Sacrament vnter der gestalt des brotes alleine tzu nemen, vnd nit von nöten, aus dem kelche tzu trincken, dieweil mans verboten hat aus dem kelche tzu trincken* etc.

II. *Wan eines beide begeret. vnnd ihm den kelch nicht reichen wil, obs vor gott entschuldiget [fol. 473a] sey vnnd gnug vnter der gestalt des brotes tzu nemen, oder obs weitter tziehen sol, do mans giebet.*

III. *Ob mans heimlich nemen muge in der kammer, vnnd nicht offentlich bekennen dörffe.*

IIII. *Dieweil an etlichen örtern durch die obrigkeit so hoch verbeten aus dem Kelche tzu trincken, obs vor gott gnug oder ausgericht sey das aus gehorsam oder sorgen der straffen vnterlassen, vnnd nur vnter der gestalt des brodtes tzu nemen sey.*

V. *Wan eines nicht sonder verlangen beider gestalt tzu entpfahen, obs gnug sey vnter der gestalt des brodtes bey gemeinem brauch tzu bleiben.*

Quare non ipsi respondetis ad quaestiones missas ad me, sed *der kleineste muss das licht haltten.*

---

21) nobis] Reb.: nostra
22) mortem Christi,] Reb.: Christi mortem,
23) Hoc — sit] Reb.: hoc officium et beneficium inde assecuti sumus, quod Christus sit
24) Liberator non] *sic scripsi;* Cod.: liberatur non, Reb.: Liberator nos
25) in Adam omnes] Reb.: omnes in Adam
26) ac] *a* Reb. *abest.*
27) Christi autem] Reb.: sed Christi
28) ac liberati sumus omnes. Haec] Reb.: et liberati omnes sumus, quae
29) *Frage stuck R. M. V. — Andtwordt.*] *Caput sic inscriptum, quod infra* (p. 28.) *finitur verbis: „in gottes befel vnnd auff seinem wordte.“, ap.* Reb. *h. l. non invenitur.*

Digitized by Google

I. *Wo imandt dess gewiss ist, dass beider gestalt brauch des Sacramentes eine gottliche ordenung vnnd befehl sey vnnd das einerlei gestalt wider solche seine ordenung vnnd befehl ist, derselbige die weil er gottes befehl so gewiss weiss,* [*fol. 473b*] *sol nicht achten, das man die eine gestalt verboten hat, dan man muss gott mer gehorchen dan den menschen.*

II. *Wo imandt den Kelch begeret vnnd ihm versaget wirdt, ist es nicht gnug, das er die eine gestalt neme, sondern ist besser, er gehe dahinn, da mans ihm gerne reicht. Aber wan* [30]) *er das nit thun kan, so ists besser, er lasse eine gestalt faren vnnd misse des* [31]) *Sacramentes die weil geistlich, nemlich mit dem glauben, sich stercke durch die wordt des Sacramentes vnnd betrachtunge des herren leidens.*

III. *Sol man das Sacrament nicht lassen heimlich oder in geheim reichen oder empfahen, dann Christus hats eingesatzt tzum offentlichen ampt, sein darbey mit predigten vnnd kennen tzu gedencken, wie er spricht: solches thut tzu meinem gedechtnuss, das ist wie es Paulus deuttet 1 Corinth. 11. den Todt des herren verkundigen, bis das er kompt.*

IIII. *Niemandt ist domit entschuldiget, dass ihm seine Obrigkeit den kelch so hart verbeut* [*fol. 474a*] *als soltte sie der gehorsam vnnd furcht der straffe entschuldigen. Dann wider gottes wordt sol man keinen gehorsam leisten einiger Creatur, dann das wer die Creatur vber gott gesetzt.*

V. *Wann einer nicht sunder verlangen hat beide gestalt tzu entpfahen, vnnd mocht ihm wol an der einen gestalt lassen genugen, das ist viel weniger genug, dan das sacrament ist nicht eingesetzt tzu gebrauchen, nach dem wir verlangen oder* [32]) *nicht verlangen dartzu haben, sondern es sol gebraucht werden nach dem befel vnnd gottes wordt. den es stehet nicht in vnser macht, noch auff vnserm werck oder verlangen, sondern in gottes befel vnnd auff seinem wordte.* [33])

Quaestio proponebatur Luthero: An quis possit [34]) tuto uti utraque specie, et postea in itinere propter peregrinationem una. [35]) Respondit: *da sol sich ein ider selbes in seinem gewissen radt fragen:* quid faciendum sit. *Trauet*

---

30) *wan*] Cod. *calami err.*: *man*
31) *des*] Cod.: *der*
32) *oder*] Cod.: *aber*
33) *vnnd auff seinem wordte.*] *his verbis finitur hoc caput, quod ap.* Reb. *h. l. desideratur.*
34) possit] Reb.: posset
35) peregrin. una] Reb.: negociationem iterum vna suscipere?

Digitized by Google

ers nicht tzu erhalten, melius [36]) esset prius intermisisse. [*fol. 474*[b]] Quilibet igitur suam conscientiam et unctionem [37]) consulat. Nam nemo sibi uiuit aut [38]) moritur, sed contra uim non est consilium.

Sophistae dixerunt Christum in Sacramento esse totum, sed non totaliter, id est, cum omnibus suis actionibus et uirtutibus. Respondit D. M. Lutherus: In articulis de trinitate, de incarnatione Christi [39]) et sacramentis non est nobis speculandum. Iudicia enim Dei et hominum sunt diuersissima. Nobis est cogitandum de illius uerbo, quod ipsius potentiam et bonitatem nobis praescribat. *dem sollen wirs befelen, er wirdts wol machen vnnd nicht verterben.* [40]) Christus est personaliter in humanitate, corporaliter in sacramento, *wie aber das tzugehe,* [41]) non est nostrum percontari. Tamen nemo potest rationem reddere [42]) et iudicare, cur [43]) Deus Niniuitis pepercerit, in qua urbe fuerunt ultra 100000 hominum, et cur non Sodomae et Gomorrhae, [44]) quae etiam fuerunt [45]) celeberrimae et populosae.

[*fol. 475*[a]] PAPISTAE GLORIANTVR SVAM AVTHORITATEM HOC ARGVMENTO. [46]) *)

Apostoli mutauerunt Baptismum. Ergo et Episcopis licet mutare sacramenta. Illis respondendum: Esto Apostoli aliquid mutarint, tamen ingens est discrimen inter Episcopum et Apostolum. Apostolus est persona immediate a Deo uocata cum donis spiritus sancti, Episcopus uero est persona

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 299. cap. 19. §. 7.

36) *da sol sich* — melius] Reb.: quilibet in hac re suam consulere debet conscientiam, quid faciendum sit, Si non conatur nec potest defendere, tunc satius

37) et unctionem] *a* Reb. *absunt.*

38) aut] Reb.: neque

39) Christi] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

40) ipsius potentiam — *verterben.*] Reb.: nobis praescribit potentiam et bonitatem Dei huic commendare debemus, optime perficiet ipso sine vlla corruptione.

41) *wie aber d. tz.*] Reb.: qua vero ratione hoc fieri solet,

42) rationem reddere] Reb.: reddere rationem.

43) cur] Reb.: quare

44) ubi ultra — Gomorrhae,] *ap.* Reb. *omissa sunt.*

45) quae etiam fuerunt] Reb.: quae vrbes quoque fuerunt

46) Papistae gloriantur — argumento.] *sectio sic inscripta, quae finitur verbis*: quam in definito, *ap.* Reb. *desideratur.*

Digitized by Google

ab hominibus electa ad praedicandum uerbum, et ordinandos ministros in loco certo. Esto igitur Apostoli habuerint authoritatem, ea non est concessa Episcopis. Sicut Helias occidit pseudoprophetas, hoc non licet cuilibet pastori. Ideo Paulus clare discernit: Dedit alios Apostolos, alios doctores, alios pastores. Inter Apostolos nullus erat primatus, sed aequalitas. Apostolus est uniuersalis persona supra Episcopum. Definitio autem maioritatis petit supra Apostolos, est falsa, quia definitio latius patet quam definitum, quia sic concludunt: Papa est summa authoritas [*fol. 475*^{b}] ordinandi ministros, conuocandi reliquos et transferendi regna. Hanc definitionem non concedimus illis, quia omnis definitio debet esse posita significanter, proprie et perspicue, ne plus aut [47]) minus sit in definitione quam in definito. [46])

Vngari quidam *) studiosi petentes Eucharistiam [48]) in Ecclesia Wittenbergensi sub utraque specie, quia uero non intelligerent germanice, nec uerba coenae, [49]) petiuerunt propriam ac [50]) peculiarem coenam latine, et [51]) priuatim. Hoc D. M. Lutherus illis negauit, [52]) quia scirent Christi institutionem, manendum est illis coram communi [53]) Ecclesiae ordinatione. Esto uerba non intelligerent, tamen cum scirent ordinationem esse ueram, et testamentum Christi, [54]) et in Ecclesia Wittenbergensi publice et communiter dari per uerbum in uerbo, ideo nequaqam deberent se [55]) ab Ecclesia separare, quia [56]) multo tutius esset ipsorum conscientijs, et Ecclesiae minus scandalosum, [57]) si communione publica [*fol. 476*^{a}] uterentur sacramento. [58]) Quod deinde fecerunt obedientes et gratias agentes. [59]) In porrigendo sacramento infirmo, Minister semper debet simul communicare. Si quis

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 300. cap. 19. §. 8.

47) aut] ***sic scripsi;*** Cod.: ad
48) petentes Eucharistiam] Reb.: petebant *εὐχαριστίαν*
49) germanice, nec uerba coenae,] ***sic*** Cod.: Reb.: Germanice uerba coenae,
50) propriam ac] Reb.: propria et
51) et] *a* Reb. ***abest.***
52) negauit,] Reb.: denegauit,
53) manendum est illis coram communi] Reb.: manendum tamen illis esset, coram communis
54) ordinationem — Christi,] Reb.: veram esse ordinationem et Christi Testamentum,
55) se] Reb.: sese
56) quia] Reb.: Nam
57) Eccl. minus scandalosum,] Reb.: minus scandalosum Ecclesiae,
58) sacramento.] *ap.* Reb. ***deest.***
59) fecerunt — agentes.] Reb.: obedientes cum gratiarum actione fecerunt.

Digitized by Google

habet odium, [60]) doleat, et reconcilietur, si [61]) non est aptus ad manducandum, minus [62]) aptus erit ad porrigendum, baptizandum, praedicandum, orandum. Olim angusta erat Ecclesia, pijssime accedebant ad sacramentum, iam omnes confuse [63]) ruunt. *Ich gedencke immer, wie ich abrogiren wil* communionem illam priuatam cum infirmis domi. *Aber mussens also halten,* sicut ego feci infirmus, [64]) ubi cum alijs [65]) pluribus fiat communio etc. [66])

Ducem Georgium [67]) ferebatur *) cuidam in Dresda dixisse, *Er woltte ihn nicht tzum sacrament einerley gestalt tzwingen*, [68]) sed deberet suam [69]) ditionem relinquere. Tandem eo peruenit, si pastor taceret, ut maneret, pastor illi pacem obtulit, *dass er sich fur ihm nicht gefahren solte.* [70]) Respondit: [71]) Signum est malae [72]) conscientiae, quae [*fol. 476*^{b}] neque retro cedere, neque progredi audet, undique oppugnatur per semetipsam. [73]) Sicut Hieremias Threnorum primo: Omnes persecutores eius apprehenderunt eum inter angustias, *das sint rechte* angustiae. [74]) Attamen a praeuaricatione sua [75]) redire nolunt ad cor suum.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 300. cap. 19. §. 9.

60) sacramento — odium,] Reb.: vero Sacramento infirmis, bonum est ministrum semper simul communicare. Si vero quis habet odium aduersus aliquem,
61) si] Reb.: nam si
62) minus] Reb.: multo minus
63) confuse] Cod.: confusae
64) Olim angusta erat — — infirmus,] Reb.: nam omnes confuse viuunt. Cum autem A. L. significaret communiones infirmorum frequentissimas esse participare. Respon. Mart. Luth. Ego quotidie mecum considero et cogito, qua ratione priuatam illam infirmorum communionem abrogare possem, vt publice in templo essent frequentiores, vel cogerentur talem seruare modum, quem ego infirmus seruaui,
65) alijs] Reb. *falso:* alij
66) etc.] *a* Reb. *abest.*
67) Ducem Georgium] *sic* Cod.; Reb.: Dux Georgius
68) *Er woltte — tzwingen,*] Reb.: quod ipsum cogere non vellet, Sacramentum sub vna sumere specie,
69) suam] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
70) *dass er — solte.*] Reb.: quod se timere in pastorem non deberet.
71) Respondit] Reb.: Respondet Mart. Luth.
72) malae] Reb.: valde malae
73) semetipsam.] Reb.: seipsam,
74) *das s. r.* angustiae.] Reb.: hae verae sunt angustiae.
75) sua] *a* Reb. *abest.*

Digitized by Google

FRAGMENTVM EX EPISTOLA PHILIPPI AD AEGIDIVM PASTOREM LIGNICENSEM, DE SACRAMENTO QVID DOCENDVM. [76])

Hortatus sum, ut Diaconus in docendo [77]) modestiam et prudentiam adhibeat, eligat utilia de poenitentia, fide, beneficijs Christi, bonis operibus, [78]) de usu sacramentorum, nec alienet mediocres, absurda defensione localis praesentiae Christi in pane extra usum sacramenti. Nam sacramenta tantum in usu sunt sacramenta, cum utimur sacramentis, agnoscimus nobis adesse Christum, et efficacem esse. Aderat et patribus, ut Ioannes inquit: Omnia per ipsum facta sunt, nam [79]) ipse perpetuo belligeratur [80]) [*fol. 477a*] cum Diabolo, quare et nobis adest. De [81]) hac praesentia dicatur, si quando de usu sacramenti dicendum erit. Papisticae opiniones de inclusione corporis durabili extra usum, de circumgestatione, reijciantur. [82])

Anno 39. [83]) 6. Februarij *) Ciuis quidam Wittenbergensis accessit ad sacramentum, [84]) qui homicidium ante triennium perpetrauerat, sed cum omnibus reconciliatus. Ante triennium etiam accesserat, sed non reconciliatus cum partibus offendit Ecclesiam. Ideo D. M. Lutherus publice in concionibus reprehendit eum, nec amplius ita eum uoluit admittere ad sacramentum. ***Er solt sich auch tzuuor mit dem pfarherrn auch vertragen.*** Et irascebatur M. Froschelio, quod eum admisisset, [84]) si quis autem suam infamiam Diaconis

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 300 sq. cap. 19. §. 10.

76) de sacramento quid docendum.] Reb.: quid docendum de Sacramento. — ***Haec epistola a*** Mel. ***d. 8. Nov. 1548. scripta legitur etiam in*** Corp. Reform. VII. p. 187 sq., ***cuius varias lectiones h. l. addo.***

77) Diaconus in docendo] *sic* Reb. *et* Corp. Ref. l. l.; Cod.: in docendo Diaconus

78) de poenit., fide, benef. Christi, bonis oper.,] *sic* Reb. *et* Corp. Ref.; Cod.: de fide, de poenitentia, de beneficijs Christi, de bonis operibus,

79) nam] *sic* Reb. *et* Corp. Ref.; *in* Cod. ***deest.***

80) belligeratur] *sic* Cod. *et* Corp. Ref.; Reb.: belligerat

81) De] *sic* Cod. *et* Corp. Ref.; Reb.: ne

82) reijciantur.] *sic* Cod. *et* Corp. Ref.; Reb.: reijciatur. — ***Hoc verbo finitur haec epistola.***

83) Anno 39.] Reb.: Anno 38.

84) accessit ad sacramentum, — — quod eum admisisset,] Reb.: Sacramento participauit, qui ante triennium homicidium perpetrauerat, sed cum omnibus reconciliatus partibus ideo Ecclesiam offendit, quem Mart. Luth. publice in concionibus reprehendit neque eum porro admittere voluit nisi parrocho reconciliatus esset. Irascebatur Diacono, qui eum absoluisset,

Digitized by Google

inscijs [85]) tacet, absoluitur et admittitur, *der neme es auff seine gewissen.* [86]) ibi ministri sunt excusati.

Anno 39. 22. Februarij Ciuis quidam Lipsensis, [*fol. 477b*] senex et pius, *Heintz Kelter* [87]) in grauissimo suo morbo petijt sacramentum, si fieri posset, ut a Diacono Wittenbergensi praeberetur sub utraque specie cum consolatione et absolutione. Respondit D. M. Lutherus, Consolandum esse uerbo, et sacramentum esse postulandum a suis pastoribus. Wittenbergenses illic nihil habere iuris in Ecclesia. [88]) Paulo post mortuus est.

M. A. Lauterbach interrogauit D. M. Lutherum, An sit opus semper communicare cum infirmis, quum ipse quinquies porrexisset sacramentum, et saepe esse communicandum. Respondit: *das sol nicht sein.* Ipsi debent in publico communicare et non differre. Neque communio est casu necessitatis ad salutem. Sed hoc differam Deo uolente usque ad reditum Pomerani, quem putaui haec diu ordinasse. [89])

Epiphanius scribit, quod suo tempore quidam fanatici sacramentum ita contumelia [*fol. 478a*] affecerunt, accipiendo menstrua mulierum dicentes: Hic est sanguis meus. [90])

Quaerebatur, An essent excusati,*) qui sub Tyrannis unam tantum speciem sumerent, cum alteram non possent habere. Respondit D. Martinus Lutherus: Haec quaestio est generalis, et ad me saepissime peruenit. [91]) Ego autem [92]) simpliciter respondi: Si qui adhuc dubitant de sacramenti institu-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 301 sq. cap. 19. §. 12. sect. 1.

85) Diaconis inscijs] Reb.: nescijs Diaconis

86) admittitur — *gewissen.*] Reb.: dimittitur, is faciat suo cum periculo conscientiae,

87) *Heintz Kelter*] Reb.: Henricus cellarius

88) petijt sacramentum — in Ecclesia.] Reb.: Sacramentum sub vtraque specie petijt, orans vt a Diacono Vitebergensi cum absolutione et consolatione illi praeberetur. Respondit Mart. Luth. Illum verbo Dei esse consolandum, et Sacramentum a suis pastoribus esse postulandum. Nam Vitebergenses ibi nihil habere iuris in Ecclesia Lipsica,

89) M. A. Lauterbach — — diu ordinasse.] *horum loco habet* Reb. *haecce:* Diabolus hostis Christi varijs profanationibus coenam Domini obscurare nititur.

90) quod suo tempore — — sanguis meus.] Reb.: sub tempore fanaticos quosdam Coenam Domini summa contumelia affecisse menstrua mulierum accipiendo, dicentes: Hic est sanguis meus. Ideo vigilandum est, pro vera religione, ne scandalorum participes fiamus.

91) An essent excusati — — peruenit.] Reb.: an illi excusati essent, qui vna specie sub tyrannis participarent. Respon. M. L. Generalis haec est quaestio, quae saepissime proponitur.

92) autem] Reb.: autem semper

Digitized by Google

tione, illi possunt unam speciem accipere. 93) Qui uero certi sunt de Christi institutione, scienter peccant contra conscientiam. Nam multi sub Duce Georgio 94) ita sunt flagellati, qui Tyrannus etiam in sua impoenitentia morietur, quia multorum conscientias onerauit, *wolte gerne tzurucke vnnd kan doch nicht.* 95)

Anno 39. 96) 12. Maij D. Hieronymus Schurff *) misit ad D. M. Lutherum, petens ut sibi liceret personam eligere, a qua sacramentum sumeret, 97) quia nullus diaconus ei placebat propter digamiam et unctionem. 98) [*fol. 478b*] Respondit D. Martinus Lutherus, se permittere, in Kemberga, Torga, quasi expatiando, *also viel habe ich ihm erlaubet.* Ego ipse illi uellem porrigere, 99) si moris esset, *darum kan ich ihm nicht weitter einreumen,* 100) ne ministerium Ecclesiae 1) periclitetur, est enim res mali exempli. 2)

Cum consuleretur 3) de ceremonijs in communione, dixit: Omnibus modis electoratui nostro respondeant. 4) Tunc Philippus Melanthon dixit: se a multis audiuisse nostras 5) ceremonias ita esse constitutas, ut a populo non aestimentur mutatae a prioribus, et tamen illas ceremonias magnam habere

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 302. cap. 19. §. 12. sect. 2. 3.

93) adhuc dubitant — accipere.] Reb.: sunt adhuc dubitantes, de institutione Sacramenti, illi vna specie vti possunt ad tempus.

94) Duce Georgio] Reb.: D. G.

95) etiam in sua — *doch nicht.*] Reb.: multorum conscientias sua impoenitentia, in qua morietur, onerauit, conatur, et tamen non potest retrocedere, et ita cursum Enangelij impedit, non sine sua damnatione, cum pij spirituali communione interim contenti esse possent.

96) Anno 39.] Reb.: Nam anno 39.

97) ut sibi liceret — sumeret,] Reb.: vt concederetur illi electio personae, a qua coenam sumere possit,

98) diaconus — unctionem.] Reb.: Diaconorum Ecclesiae Vitebergensis (eo quod partim digami, partim non iuncti essent) illi placebat.

99) in Kemberga — porrigere,] Reb.: vt expaciando Torgam, vel Kembergam participari possit, tantum illi concedant, et ego ipse illi porrigere vellem,

100) *darum — einreumen,*] Reb.: non possum ergo illi, vltra modum praescriptum, aliquid concedere,

1) ministerium Ecclesiae] Reb.: Ecclesiae ministerium

2) mali exempli.] Reb.: mali exempli, ministeria in dubium vocare. Deinde cum raucus esset, et concionari non posset, D. Ionae commendauit, vt feria secunda Paschatis argumentum Papistarum confutaret, qui in fractione panis in Emaus facta, alteram speciem vellent defendere.

3) consuleretur] Reb.: consultaretur

4) in communione — respondeant.] Reb.: iuxta communionem publicam rite seruandis. Respon. Optarem vt concorditer responderent in Ecclesijs, vt in Electoratu nostro seruatur ritus.

5) se a multis audiuisse nostras] Reb.: a multis se audiuisse nostrarum Ecclesiarum.

Digitized by Google

grauitatem. Non ut Heluetij, qui deformatas haberent ceremonias, sedentes ad mensam communicarent, [6]) minister post consecrationem discederet, [7]) relictis communicantibus ad mensam. [8]) Deinde dicebat D. M. Lutherus: *man möchte wol die gantze Messe* cum suis cantilenis *behalten*, [9]) modo canone omisso etc. [10])

ABROGATIO ELEVATIONIS. [11])*)

Quid opus est certare de illa superstitiosa idolatria, quae [*fol. 479a*] sine omni testimonio patrum, et sine usu [12]) inuecta est, tantum ad confirmandos errores adorationem et transsubstantiationem, [13]) obscuratque uerum usum sacramenti, [14]) tamen in Episcopatu Mediolanensi a temporibus Ambrosij [15]) usque in hunc diem, neque canon, neque eleuatio, neque Dominus uobiscum ad populum in Missis usurpatur. Cum ego M. Lutherus cum fratre ibi uellem celebrare, prohibebar a sacrificulo dicente: Quid uultis facere? Vos hic non potestis celebrare. Nos enim sumus Ambrosiani. [16])

DE NEGLIGENTIBVS ET CONTEMPTORIBVS COENAE DOMINICAE. [17])**)

Quidam dixit: D. Doctor quid mihi faciundum, cum ali-

*) Reb. II, fol. 137b lin. 14—25. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 302 sq. cap. 19. §. 13.

**) Reb. II, fol. 137b lin. 26. — fol. 138a lin. 12. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 304. cap. 19. §. 15.

6) esse constitutas, ut — — communicarent,] Reb.: constitutas esse, vt a simplici populo non obseruaretur mutatio a prioribus sub Papatum, vbi altaria, cantica, Accentus, candelae, ornatus, magna grauitate retinerentur, non vt Heluetij Augustani, Vlmenses, Francophordienses, qui ceremonias seruarent deformatas, communicarent ad mensam stantes,

7) discederet,] *sic* Reb.; Cod.: discedit,

8) ad mensam.] Reb.: ad mensam, Superfluo vino in terram effuso et relictis partibus non acceptis.

9) *man möchte — behalten,*] Reb.: tota missa retineri, nec abrogari possit cum suis cantilenis

10) etc.] *a* Reb. *abest.*

11) Abrogatio Eleuat.] Reb.: De abrogatione eleuationis.

12) s. omni test. — usu] Reb.: sine scriptura, patrum testimonijs, et sine omni usu

13) adorationem et transsubstantiationem,] Reb.: adorationis et transsubstantiationis,

14) sacramenti,] Reb.: Coenae Domini,

15) Ambrosij] Reb.: sancti Ambrosij

16) Cum ego M. Luth. — Ambrosiani.] Reb.: qui etiam se nominant Ambrosianos.

17) Coenae Dom.] *sic* Reb.; *in* Cod. *desunt.*

Digitized by Google

quando reperio in Ecclesia mea homines, qui uiginti annis abstinuerunt a sacramentis. [18]) Respondit Lutherus: *man lasse sie tzum Teuffel faren, vnnd wan sie sterben, so lege man sie auff den schiende leich.* [19]) Porro interrogatus: Debet etiam cogi ad sacramentum? [20]) Respondit Non, [21]) quia hoc est papisticum, *man sage es ihnen,* miror, [22]) [*fol. 479b*] quare sic abstineant a sacramentis, fortassis metuunt confessionem priuatam. [23])

Quaestio. [23])*) An paterfamilias in casu necessitatis suae familiae [24]) coenam Domini communicare possit? Respondit D. Martinus Lutherus: Nequaquam, primo quia non adest uocatio. Numeri 11. Domine prohibe eos, qui prophetant. Deuteron. 4. et 6. Ponite corda uestra in omnia uerba mea. [25]) Actor. 2. et Ioel. 2. Et erit in nouissimis diebus etc. [26]) sequitur inde, quod ij, qui non sunt uocati, non audeant [27]) praedicare, id magis consentaneum esse, quod non audeant administrare sacramentum Coenae Domini propter scandala uitanda. Multi enim non adducerent sacerdotes, [28]) si sibimetipsis auxiliarentur.

CHRISTVS.**)

Nullus liber [29]) est, ***) in quo tam bene descriptum sit sacerdotium Christi, ut Epistola ad Hebraeos. Consolatur au-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 301. cap. 19. §. 11.
**) Reb. II, fol. 138a lin. 13. — fol. 143b lin. 9. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 304 sqq. cap. 7.
***) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 319. cap. 7. §. 16. sect. 2.
18) Quidam dixit — — sacramentis.] Reb.: Interrogante quodam pastore, quidnam cum illis agendum, qui contempto verbo viginti annis non participauerunt Coenae.
19) *man lasse — schiende leich.*] Reb.: Mitti illi ad Diabolum, et post mortem illorum in locum cadauerorum sepeliri debent.
20) Debet — sacramentum?] Reb.: an etiam ad Sacramentum cogendi essent.
21) Non,] Reb.: Nequaquam,
22) *man sage* — miror,] Reb.: doceantur, admoneantur, alliciantur, vt sponte veniant, Sed miror,
23) Quaestio.] Reb.: Quaerebatur, — *Sectio sic ordiens,* in Cod. fol. 479b lin. 3—17. *subsequenti capiti* „Christus“ *inscripto proxime praecedit, ap.* Reb. *vero non hoc loco* (II, fol. 138a *post* lin. 12.), *sed superiore* (II, fol. 136b lin. 21. — fol. 137a lin. 6.) *exhibetur, paucis mutatis.*
24) suae familiae] Reb.: liberis et familiae suae
25) mea.] *a* Reb. *abest.*
26) etc.] Reb.: et
27) audeant] Reb.: audent
28) non adducerent sacerdotes,] Reb.: non vocarent ministros Ecclesiae,
29) Nullus liber — *gehöret haben.*] *sic prima huius capitis sectio in* Cod. *legitur; ap.* Reb. *autem eodem loco* (II, fol. 138a lin. 14. — fol.

Digitized by Google

tem pios maxime Christi sacerdotium, *dass er ein pfaff ist*, non [*fol. 480a*] ita quod est Rex, quia animi semper cogitant ipsum esse iudicem. Christus gratis quidem praedicauit, *) tamen accepit collata a pijs mulieribus. Ego saepius miratus sum, **) quod Christus a munere publico docendi abstinuerit usque ad annum 30. Cum interim maximam impietatem, sacrilegia, cultus impios, blasphemias in Deum, haereses, ac sectas perniciosas in populo Dei audire et uidere coactus sit, *das ihm darfur mochte das hertz tzerbrochen sein*, et tamen potuit se continere usque ad illud tempus, quo uocatus est, seque grauiter gessit, *wie wirdt er so manchen* rancidum *sophisten gehöret haben.* [29])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 360. cap. 7. §. 80. sect. 1.

**) *Conf.* ibid. I. p. 416. cap. 7. §. 177.

139a lin. 6 med.) *exhibetur haecce prolixior:* Deus omnipotens aeternus, essentia vnus, persona trinus, λόγον et Messiam, coaeternum coaequalem, gloriae suae splendorem, Characterem suae substantiae ab aeterno genuit, qui imago DEI est inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, in quo omnes thesauri sapientiae et essentiae absconditi sunt, qui est heri, hodie et in secula. Hoc, verbum incarnatum, et a spiritu natum, ac inuiolata virgine genitum, iuxta promissiones et Prophetarum vaticinia, verus Deus et verus homo, vna persona duabus naturis consistens, redemptor generis humani declaratus, differentia, miraculis, passione, resurrectione, ascensione, quibus medijs et meritis patrem reconciliauit, per quem solum, DEVS Pater agnoscitur et inuocatur, hunc aeternum Dei filium, Sathan varijs haeresibus sectis, superstitiosis cultibus, Idolatrijs personam illius, naturas, officium, merita obscurare tentat, et praecipue hoc vltimo Antichristi regno, Christi beneficia et merita sunt obscurata, et in conscientijs hominum fere extincta, ita vt humana opera et merita, et cultus fictitij, mortuorum Sanctorum intercessiones pluris aestimati sint, quam Christi merita. Hoc miseris conscientijs accidit, quae extra verbum Dei in tenebris et humanarum traditionum persuasionibus fascinatae fuerant. Quapropter Christus agnoscendus est, ex sacris Biblijs, quae in eum solum, vt σκοπον respiciunt. Deutero. 18. Prophetam ex fratribus tuis, et Matthaei 3. et 17. vox de coelis sonat. Hic est filius meus, etc. Io. 5. Scrutamini scripturas, de me enim loquitur, qui ergo Christum non agnoscit ex sacra scriptura, merito decipitur, etiamsi omnes historias, exempla apprehenderit, non tamen saluabitur, Vigilemus igitur, vt Christum Dei Filium reuelatum vnicum Saluatorem osculemur, et hunc regem supra Sion montem constitutum confiteamur. Illi in timore et tremore seruiamus. At nullus sacrae scripturae liber Christum illiusque officium et sacerdotium magis clarificat, quam Epistola ad Ebraeos, Etsi Prophetae illius conceptionem, Euangelistae nativitatem, Angeli locum et omnes circumstantias reuelauerint, ab adolescentia et pueritia illius omnes tacent, a trigesimo anno, in baptismi auguratione, Christi regnum describere incipiunt impletis septuaginta hebdomadibus Danielis vsque ad Christum ducem.

Digitized by Google

Christus incepit [30]) pascha edere *) iuxta legem Moisi [31]) die Iouis uesperi, quo tempore dies inchoabatur [32]) circa horam septimam. Deinde instituit nouum pascha, et lotis pedibus discipulorum et concionibus habitis, [33]) exijt in hortum, ubi captus est circa 8. noctis, quia illud ingens [*fol. 480b*] certamen non potuit diu durare. Ductus prius ad Hannam, deinde ad Caipham, [34]) ubi Petrus ter eum [35]) negauit, antequam Gallus bis caneret, scilicet ab hora 9. usque ad 12. Reliquum tempus usque ad diluculum et mane, consumpserunt in affligendo et conspuendo Christum. Summo [36]) mane pontifices congregato concilio primo audierunt Christum, postea cum adhuc esset mane, id est, nondum hora tertia, scilicet [37]) imminente hora illa ducunt Hiesum ad Pilatum, ibi accusando, [38]) ut crucifigeretur. Consumuntur fere horae tres, ita ut fere esset hora sexta, antequam crucifigeretur Christus. Hoc est quod Marcus dicit, Tertia [39]) Christum crucifixum, id est, nondum erat hora 6. Et Ioannes, quia [40]) propior sexta erat quam tertia, dicit Christum crucifixum esse hora 6. Hoc est ab hora nona [41]) mane Iudaei uiserunt [42]) Pilatum, ut Hiesus crucifigeretur, et uix tandem hora 12. [43]) impetrarunt. Et circa 12. cum iam aliquamdiu [*fol. 481a*] in cruce pependisset, factae sunt tenebrae et tandem circa horam nonam, hoc est uesperi hora 3. cum clamore ualido emisit spiritum. Et quia erat parasceue, inquit, [44]) properabant, ut deponerentur corpora eorum de cruce. Ita Christus quartam partem diei

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 337 sq. cap. 7. §. 36.

30) Christus incepit] *sectio ab his verbis ordiens et in* Cod. fol. 481b lin. 17. *verbis:* „talia proferre impune auderet" *terminata, ap.* Reb., *qui eam inscripsit:* Horae passionis Christi a Coena, *non legitur proxime post priorem sectionem, quae ibi* fol. 139a lin. 6 med. *finitur, sed inferiore loco* fol. 140b lin. 20. — fol. 141b lin. 25.
31) legem Moisi] Reb.: Mosi legem
32) inchoabatur] Reb.: inchoatur
33) et concionibus hab.] Reb.: habita concione
34) prius ad Hannam, deinde ad Caipham,] *sic* Reb.; Cod.: prius ad Hannam Caipham,
35) eum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
36) Summo] Reb.: Summum
37) scilicet] *a* Reb. *abest.*
38) ibi accusando,] Reb.: accusando ipsum
39) Tertia] Reb.: tertia hora
40) quia] Reb.: quod
41) crucifixum — nona] Reb.: crucifixum, hora sexta ab hora nona
42) Iudaei uiserunt] Reb.: vrserunt Iudaei
43) et uix tandem hora 12.] Reb.: et tandem horam duodecimam vix
44) inquit,] *a* Reb. *abest.*

Digitized by Google

paschatis Iudaeorum requieuit in terra. Haec est una dies. Altera dies [45]) incepit post occasum solis die Veneris, et durabat [46]) per integram noctem, usque ad occasum diei sabbathi. Hoc totum tempus in sepulchro quieuit Christus, [47]) post occasum autem solis die sabbatho, incipit more Iudaeorum tertius dies, quem [48]) Iudaei unam sabbathorum appellant, hoc est, quae proxima erat sabbatho, quae in pascha inciderat. Hac die Dominica [49]) mane saluator noster resurgit. Et hoc [50]) est, quod credimus, resurrexit tertia die, non [51]) dicimus: post tres dies, *sondern am dritten tage.* [52])

Christus passus est [53]) innocentissime *) [*fol. 481b*] et [54]) iure dixit: Princeps mundi in me non habet quidquam, et tamen grauissime est passus [55]) et foedissime laceratus propter peccata nostra. [56]) Iudaei quidem uerbo, gentes facto illum [57]) crucifixerunt. Illa passio Christi [58]) est ingens prophetia de malitia gentium. [59]) Christus enim hodie in Ecclesia gentium plus patitur quam olim in synagoga [60]) Iudaeorum. Maior est [61]) blasphemia, contemptus et Tyrannus quam olim sub Iudaeis. In Italia cum de articulo fidei et iudicij extremi disseritur, respondet papa: [62]) Quare ita credis? Fac tibi bonum uultum. Hae et similes blasphemiae non tantum sunt solius papae, sed totius Italiae generalis sermo. [63]) Alioqui nullus hominum talia proferre impune auderet. [64])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 344. cap. 7. §. 43.

45) dies] *sic* Reb.; Cod.: die
46) durabat] *sic* Reb.; Cod.: durabit
47) Hoc t. t. — Christus,] Reb.: hoc tempus Christus quieuit in sepulchro,
48) die sabbatho — dies, quem] Reb.: Sabbatho die, tertius dies more Iudaeorum, ordine, quoniam
49) Hac die Dominica] Reb.: Hoc die Dominico
50) mane saluator n. r. Et hoc] Reb.: mane, cum iam dimidius dies illius tertij diei erat, resurgit Christus saluator noster exoriente die. Hoc
51) non] Reb.: non enim
52) *sondern am dritten tage.*] Reb.: sed tertio die,
53) Christus passus est] Reb.: Passus autem est Christus
54) et] Reb.: ideo
55) est passus] Reb.: passus
56) et foedissime — nostra.] Reb.: et propter peccata nostra foedissime laceratus.
57) gentes facto illum] Reb.: nos gentes autem facto Christum
58) passio Christi] Reb.: Christi passio
59) de malitia gentium.] Reb.: de malitia hominum, praecipue gentium.
60) synagoga] Reb.: Synagogis
61) est] Reb.: est enim
62) respondet papa:] Reb.: Respondit Papa ridens:
63) Italiae generalis sermo.] Reb.: Italiae, generalis sermo vbique sonat,
64) impune auderet.] Reb.: impune auderet et Christi merita ita calumniari,

Digitized by Google

D. Martinus uesperi in Locha *) dicebat: ***Ach wie gerne wolte ich einen abent bei dem herrn Christo gewest sein, wan er einmahl frolich ist gewest,*** qui alioqui satis fuit afflictus. [65])

Augustini dictum pijssimum, qui dicit, Christum suo exemplo nostro duplo conniuere, [66]) et [*fol. 482*[a]] ita perfectum numerum reddere. Nam Christi mors dicitur simplum, quia [67]) tantum carne moritur, nostra [68]) autem mors [69]) duplum, quia corpore et anima aeternaliter damnati essemus propter peccata nostra.

Foderunt manus meas [70]) et pedes meos. Hunc textum Iudaei de crucifigendo Christo plane irrident, imo dicunt iam Christum non esse crucifixum. Nam neque Moses neque prophetae significant id genus tormenti fuisse usitatum apud Iudaeos, sed lapidationem et combustionem. Illis respondeo, Quod Romani non iuxta leges Iudaeorum, sed secundum gentium morem Christum crucifixerunt et occiderunt. Adhuc hodie in Syria homines suspenduntur sicut in Vngaria palo affixi. Ergo illa consequentia Iudaeorum non ualet, Christum non esse crucifixum, quia non legitur in Mose de hoc genere tormenti, nisi de suspensione in ligno, sed non de perforatione manuum et pedum. [70])

Descendit ad inferos [71]) etc. **) Hic simpliciter suam sententiam protulit D. M. Lutherus, [72]) Christum [*fol. 482*[b]] descendisse pro nobis ad inferos destruendos [73]) sicut psalmo

---

*) ***Conf.*** Luth. colloq. germ. I. p. 345. cap. 7. §. 44. sect. 2.

) ***Conf.* ibid. I. p. 345. cap. 7. §. 46.

65) D. Martinus uesperi — fuit afflictus.] ***haec, quae in*** Cod. fol. 481[b] lin. 18—22. ***leguntur, ap.*** Reb. ***desunt.***

66) Augustini dictum — duplo conniuere,] Reb. ***haec proxime post illa verba in nota*** 64. ***allata,*** (II, fol. 141[b] lin. 26.—fol. 142[a] lin. 2.) ***sic exhibet:*** ita cum Augustini dictum pijssimum sit, Christi passionem ornet, quod Christum suo simplo, nostro duplo conniuere,

67) quia] ***sic*** Reb.; Cod.: qui

68) nostra] ***sic*** Reb.; Cod.: Nostro

69) autem mors] Reb.: mors autem

70) Foderunt manus meas — — perforatione manuum et pedum.] ***haec sectio, quae in*** Cod. fol. 482[a] lin. 6—20. ***exstat, ap.*** Reb. ***h. l. non invenitur.***

71) Descendit ad inferos] ***sectio sic ordiens, ap.*** Reb. ***proxime post priorem sect.*** „Augustini dictum pijssimum — — propter peccata nostra.“ ***subsequitur*** (II, fol. 142[a] lin. 3—11 init.).

72) etc. Hic — D. M. Lutherus] Reb.: Hic M. L. simpliciter suam sententiam protulit,

73) ad inf. destr.] Reb.: ad destruendos inferos,

Digitized by Google

16. et Actorum 2. probatur, sed [74]) curiosis et contentiosis sciolis hic posset [75]) occasio disputationis occurrere, Infernum pro sepulchro accipi, sicut in Genesi, [76]) Cum hic non sit Keber, [77]) id est fouea, sed scala, [78]) id est, gehenna. Nam ueteres quatuor inferni species distribuunt. [79])

Ingressus Christi Hierosolymam. *) ***Ist ein loeppischer schreibischer eintzug gewest.*** [80]) Christus tantus Rex [81]) asino insedit, ut Ioannes clare dicit. Vestes erant ephippia. Fuit mirabilis [82]) ingressus iuxta prophetiam Zachariae. Nam cum uenisset a Bethphage [83]) iuxta montem oliueti, ***welches so nahe ist gewest von Hierusalem als die brucke von Wittenberg,*** [84]) ibi ex recenti miraculo Lazari [85]) magna caterua eum praecessit [86]) et secuta est clamans, ***do hat er seine Junger hinein geschickt die Esel tzu holen, hat schlechts wollen reittenn,*** [87]) ad implendam prophetiam. Ego puto Christum non citasse prophetiam, [88]) sed Apostolos et Euangelistas usos eo testimonio. Christus interim [89]) praedicauit [*fol. 483*[a]] et lachrimatus est. Ipse populus autem honorauit eum [90]) ramis oliuarum et palmis, [91]) quae sunt signa pacis et uicto-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 343 sq. cap. 7. §. 42.

74) sed] Reb.: At
75) posset] Reb.: possit
76) in Genesi,] Reb.: in Genesi de Iacob dicitur,
77) Keber] *sic scripsi* (= *hebr.* קֶבֶר); Cod.: Kober, Reb.: Cober
78) scala] *sic* Reb.; Cod.: schola
79) Nam ueteres — distribuunt.] *a* Reb. *absunt.*
80) Ingressus Christi — *eintzug gewest.*] Reb.: Deinde dixit de ingressu Christi Hierosolymam in die Palmarum, fuit ingressus valde ridiculus. — *Haec verba ap.* Reb. *non proxime post verba extrema praecedentis sectionis, quae ibi* fol. 142[a] lin. 11. *ineunte finitur, sed paulo inferius* fol. 142[a] lin. 25 exeunte — fol. 142[b] lin. 26. *leguntur.*
81) Christus t. Rex] Reb.: Tantus rex Christus
82) Vestes erant — mirabilis] Reb.: Ephippia eius erant vestes, mirabilis est
83) a Bethphage] *sic* Cod.; Reb.: a Betania ad Bethphage
84) *welches — Wittenberg,*] Reb.: quae villa distat a Hierusalem in tantum quantum distat pons a nostra ciuitate,
85) Lazari] Reb.: Lazari resuscitati
86) eum praecessit] Reb.: Christum processit
87) *do hat er — reitten,*] Reb.: ibi discipulos suos intromisit ad aufferendos Asinos, quia equitare voluit,
88) Ego puto — prophetiam,] Reb.: Neque arbitror Prophetiam Christum citasse,
89) Christus interim] Reb.: Interim Christus
90) Ipse populus autem (Cod. aut) hon. eum] Reb.: At populus eum honorauit
91) palmis,] Reb.: Palmarum,

Digitized by Google

riae Has caeremonias postea gentes a Iudaeis mutuatae [92]) sunt, non Iudaei a gentibus. Nam populus Iudaicus et Hierusalem est antiquior [93]) omnibus Graecis et Latinis. Graeci enim coeperunt circa captiuitatem Babylonicam. Hierusalem autem [94]) fuit ante Persas et Assyrios, multo magis ante Graecos et Romanos. Ideo gentes multas caeremonias a Iudaeis acceperunt [95]) uetustioribus. *Es ist dennoch ein herlicher prechtiger eintzug Christi gewest*, prophetia et miraculo celebris, [96]) esto externe pauper et abiectus fuerit. [97])

Coena ultima [98]) fuit satis iucunda. Christus [99]) cum Apostolis familiarissime locutus est et eorum infirmitatem tolerauit. *Es sein seuberliche gespreche gewest*, [100]) ubi Philippus dicit: Domine ostende nobis patrem. Thomas: Nescimus uiam. Petrus: ego tecum ibo. etc. *Es sint eittel Collation reden gewest*, [1]) ubi singuli protulerunt suos affectus. [2]) [*fol. 483b*] *Es ist keine lieblicher Collation gewest* [3]) a condito mundo quam illa. [4])

Anno 39. [5]) 25. Decembris, *) qui erat Dies Natalitius Christi, D. Martinus [6]) uesperi erat laetissimus, eiusque sermo, cantiones et cogitationes erant de incarnatione Christi saluatoris, et cum suspirio dicebat: *Ach wir armen menschen, das wir vnns so kalt vnd faul gegen dieser grossen freuden*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 309 sq. cap. 7. §. 6.

92) postea gent. a Iud. mutuatae] Reb.: gentes in triumphis mutuati

93) est antiquior] Reb.: multo est antiquior

94) Hierusalem autem] Reb.: At Hierusalem

95) a Iudaeis acceperunt] Reb.: acceperunt a Iudaeis

96) *Es ist dennoch* — celebris,] Reb.: Tamen fuit ingressus magnificus Domini nostri Iesu Christi, celebris Prophetia et miraculo,

97) et abiectus fuerit.] *haec verba, quibus haec sectio terminatur, in* Cod. fol. 483a lin. 15., *ap.* Reb. II, fol. 142b lin. 26. *leguntur.*

98) Coena ultima] Reb.: Coena vltima Christi — *Sectio sic ordiens, quae in* Cod. *h. l. praecedentem subsequitur, ap.* Reb. *superiore loco,* fol. 140b lin. 8—19., *proxime ante sectionem* „Horae passionis Christi a Coena" *inscriptam* (*vide supra* p. 38 *notam* 30.)

99) Christus] Reb.: vbi

100) *Es sein — gewest,*] Reb.: Colloquia fuerunt dura et varia,

1) etc. *Es sint — gewest,*] Reb.: fuerunt merae collationes sermonis,

2) protul. suos affectus.] Reb.: suos affectus protulerunt.

3) *Es ist — gewest.*] Reb.: Iucundior collatio non fuit

4) quam illa.] Reb.: quam illa, Ach quam ex animo me cum Christo semel coenasse optassem, si quando animi semel hilaritatem praebuerit, qui alias satis fuit affectus.

5) Anno 39.] Reb.: Anno 38. — *Sectio sic incipiens praecedentem ap.* Reb. *non sicuti in* Cod. *subsequitur, sed ei (quae ap.* Reb. fol. 140b lin. 18. *finitur) praecedit; legitur enim ap.* Reb. II, fol. 139a lin. 28. — fol. 140a lin. 6. med.

6) Dies Nat. Chr., D. Mart.] Reb.: Christi natalitius. D. M. Luth.

Digitized by Google

stellen, die doch vnns gescheen ist, die groste wolthat, die weit weit vber alle andere wergk der schöpfung ist, vnnd sollens dennoch so schwerlich gleuben, so es vnns von engeln geprediget vnnd gesungen wirdt, welches himlische Theologi ***sein, vnd haben sich vnnsert halben also gefreuet.*** [7]) Quorum canticum est longe pulcherrimum, et status totius Christianae religionis. Nam gloria in excelsis Deo, est summus cultus, ***den wunschen sie vnns, bringen vns in diesen Christo.*** Nam [8]) mundus post lapsum Adae neque Deum neque creaturas nouit, uiuit omnino [9]) extra gloriam Dei. O [10]) quanta fuisset hominis meditatio de Deo in omnibus creaturis, ut etiam [*fol. 484b*] in minimis flosculis potentiam et sapientiam Dei considerasset. ***Dann warlich wer kan das ausdencken, wie gott das schaffet aus dem durrenn Erdtrich, so mancherley blumen, schöner farben, libliches geruches, die kein maler noch Apotecker machen kunde, noch kan gott grune, gele, rothe, blaue, braune farben aus der Erden bringen.*** [11]) Haec omnia Adam et posteri illius in gloriam Dei [12]) celebrassent et omnibus creaturis cum gratiarum actione fuissent usi, [13]) quibus nunc fruimur ad nauseam [14]) sine omni cognitione non secus ac si uacca uel [15]) alia belua, sine omni intellectu flores et lilia conculcaret. [16]) Ideo hic angeli lapsos homines [17]) in Christo iterum reuocant

---

7) Christi saluatoris, et cum suspirio — — ***also gefreuet.***] Reb.: Saluatoris Christi cum suspirijs dicens: Ach quae est causa, quod nos miseri homines tantam laetitiam, quae tamen nostri causa facta est, apertis vlnis non amplectamur quod immensam Dei bonitatem, quam nobis exhibuit, et quae omnia opera totius creationis superat, negligimus, praeterea difficilime Christum hominem factum esse, absque peccato tamen credimus, cum tamen Angeli nobis, Theologi coelestes, qui maxime laetati sunt, nostri causa hanc natiuitatem annunciauerunt,

8) ***den wunschen*** — Nam] Reb.: quem nos in Christo possidere et habere precantur. At

9) omnino] Reb.: enim

10) O] Reb.: Hic

11) ***Dann warlich wer — — bringen.***] Reb.: Quis enim excogitare vnquam poterit, quomodo Deus ex terra illa arida tam varia genera florum, cum pulcherrimis coloribus et odore suauissimo creauerit, cum etiam nullus pictor vel alius quispiam homo artificiosus tales pingere, Deus omnia varia etiam genera colorum ex terra producere potest.

12) gloriam Dei] Reb.: DEI gloriam

13) fuissent usi,] Reb.: vsi fuissent,

14) fruimur ad nauseam] Reb.: ad nauseam abutimur

15) uel] Reb.: aut

16) lilia conculcaret.] Reb.: lilias conculcarent.

17) angeli lapsos homines] Reb.: Angeli canentes homines lapsos,

Digitized by Google

ad fidem et charitatem, scilicet gloriam Deo et pacem in terris etc. [18])

Noribergenses [19]) in cantione quadam uerba de Beata Virgine transtulerant [20]) ad Christum: O Hiesu Christe, [21]) fili Dei, qui tollis peccata mundi, ora pro nobis. *O das ist eine grobe Naumburgische saw*, qui uolentes [22]) uitare Scyllam, [*fol.* 484[b]] incidunt in Charybdim. Nam orare pro nobis non conuenit Christo, quia dicit in Ioanne: [23]) Ego non amplius pro uobis rogabo [24]) patrem, sed ipse pater amat uos etc. [25]) Ita ex Christo intercessore faciunt sanctum quendam orantem pro nobis. [26])

Festum annuntiationis *) merito dicendum incarnationis. Angli et Galli ab hoc festo initium anni numerant. [27])

Anno 39. 9. Aprilis **) dicebat [28]) de resurrectione Christi per uerbum Euangelij, quae non fieret sine terrae motu, [29]) sicut etiam Christus ingenti terrae motu [30]) e sepul-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 310. cap. 7. §. 7. sect. 1. init.
**) *Conf.* ibid. I. p. 345 sq. cap. 7. §. 47.

18) gloriam Deo — etc.] Reb.: gloria in Deo et pacem in terris optantes. — *Sectio his verbis terminata in* Cod. fol. 484[a] lin. 16., *ap.* Reb. II, fol. 140[a] lin. 6. med. *finitur.*
19) Noribergenses] *Sectio ab hoc nomine incipiens, quae in* Cod. *h. l. praecedentem* (fol. 484[a] lin. 17 sqq.) *subsequitur, ap.* Reb. *inferiore loco, scil.* fol. 143[a] lin. 9—18. *proxime ante* Epitaphium Saluatoris *etc. legitur.*
20) transtulerant] Reb.: transtulerunt
21) Christe] *a* Reb. *abest.*
22) *O das ist* — uolentes] Reb.: O magna haec est inscitia Noribergensis, qui volunt
23) non conuenit — in Ioanne: Reb.: Christo non conuenit, quia in Ioanne dicitur.
24) pro uobis rogabo] Reb.: orabo
25) amat uos etc.] Reb.; diligit vos.
26) faciunt sanctum — pro nobis.] Reb.: sanctum quendam orantem pro nobis faciunt.
27) Festum annuntiationis — numerant.] *pro his, quae in* Cod. fol. 484[b] lin. 7—9. *leguntur, ap.* Reb. *proxime post verba in praecedente nota* 18. *allata,* fol. 140[a] lin. 6. med. — lin. 9. *haec exhibentur:* Ideo talia Christi festa summa deuotione, meditandâ, et Festum Annunciationis Mariae merito appellandum festum incarnationis Christi
28) Anno 39. 9. Aprilis dicebat] Reb.: Deinde dicebat — *In* Cod. *sectio ab illis verbis ordiens invenitur* fol. 484[b] lin. 10—18., *ap.* Reb. *autem verba:* Deinde dicebat — — quam quies *(quibus haec sectio terminatur) proxime post verba:* sed scala, id est, gehenna (*vide supra* p. 41. lin. 4.), fol. 142[a] lin. 11—17. *exhibentur.*
29) terrae motu] Cod.: terre moto
30) sicut etiam Christus ingenti terrae (Cod.: terre) motu] *haec ap.* Reb. *omissa sunt.*

Digitized by Google

chro prodijt. Ita hodie et semper erit tumultus in mundo, [31]) cum Christi iustitia et sanctitas praedicatur, et quis eam solam confitetur. [32]) Sed ille terrae motus est pijs salutaris et iucundus et [33]) magis optandus quam quies.

Iudaei [34]) imaginantur regnum Christi [35]) politicum. Ita etiam Apostoli, ut [36]) Ioannes 14. [*fol. 485a*] Domine quid fiet, quod manifestaturus sis te nobis et non mundo. *ich meinete, die gantze welt solte deine herligkeit sehen,* [37]) ut esses imperator et nos 12 reges, quibus regna essent distributa, [38]) et quilibet haberet sub se sex discipulos Barones, *das weren die* 12 discipuli. *Also haben die lieben* Apostoli *schon das landt ausgeteilelt,* [39]) Platonica opinione, sed [40]) Christus suum regnum longe aliter definit, ut sequitur: Si quis diligit me etc. [41])

Mysterium Incarnationis Christi*) est ineffabile [42]) et imperuestigabile humanae rationi, *dass gott die hochste maiestet sich in vnnser fleisch also geschenckt hat, wann wir* [43]) *den Christum hetten, so hetten wir alles*, et recitauit textum Coloss. 2. graece, ubi *ἐν αὐτῷ* [44]) saepius ab Apostolo reci-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 308. cap. 7. §. 4.

31) hodie — in mundo] Reb.: et hodie et semper in mundo erit tumultus,
32) et sanctitas pr. — confitetur.] Reb.: et sanctitas sola praedicatur et manifestata,
33) est pijs salut. — et] Reb.: salutaris et iucundus est, pijs
34) Iudaei] *sectio ab hac voce ordiens in* Cod. *h. l.* (fol. 484b lin. 19. — fol. 485a lin. 10.) *exstat, ap.* Reb. *autem paulo inferius* fol. 142b lin. 27. — fol. 143a lin. 8. *affertur.*
35) imaginantur r. Chr.] Reb.: imaginabantur Christi regnum
36) Apostoli, ut] Reb.: Apostoli sperant,
37) *ich meinete — sehen,*] Reb.: Cum tamen totum mundum, tuam videre maiestatem existimabam,
38) essent distr.] Reb.: distributa essent,
39) et quilibet haberet — *ausgeteilelt,*] Reb.: et quilibet Apostolus sex sub se haberet discipulos quasi Barones, Sic enim Apostoli Iudaeam distribuerunt.
40) sed] Reb.: At
41) ut sequitur — me etc.] Reb.: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.
42) Mysterium Incarnationis Christi est ineffabile] *sectio ab his verbis ordiens et vocibus*: „contemptum in mundo." *terminata, quae in* Cod. *h. l.* fol. 485a lin. 11 — 20. *exhibetur, ap.* Reb. II, fol. 140a lin. 10 — 20 init. *proxime post verba*: „festum incarnationis Christi", *quae supra in nota* 27. *allata sunt, sic legitur*: ineffabile est, et imperuestigabile humanae rationi, quod Deus summa maiestas nostram assumpserit carnem fragilem, si hunc haberemus Christum, omnia sua bona quoque possideremus, et recitauit textum Pauli ad Coloss. 2. vbi in eodem capite vltra vigesies mentionem faceret, in quo textu Paulus ex animo, et summa cum diligentia omnibus hominibus hunc Christum imaginari conatur. Sed proh dolor nihil magis est praeter contemptum in mundo.
43) *wir*] Cod. *male*: *mir*
44) *αὐτῷ*] Cod. *falso*: ταυτο

Digitized by Google

tatur et repetitur, *do er so hoch vnnd fleissig allen menschen den Christum einbildet*, sed proh dolor nihil est magis contemptum in mundo.

[*fol.* 485b] ITINERA CHRISTI HIEROSOLYMAM. [45])

Christus uixit 33 annos*) in terra, [46]) et singulis annis ter Hierosolymam ascendit, *das macht hundert mal nauff getzogen*. Quod si [47]) papa posset gloriari Christum tantum semel fuisse Romae, *wie ein ruhmen soltte sich da erhebenn*. Et [48]) tamen haec ciuitas Hierusalem perijt funditus. [49]) Magna Dei gratia est, [50]) quod filium suum dedit in carnem, quod mysterium nullus hominum potest considerare, et tamen tam frigidi et ingrati sumus. *pfu dich des schendtlichen Adams fals, das ich diesen nicht sol lieb haben, der mich vom ewigen tode so teuer erlöset hat.* [50])

Cum Doctor Martinus Lutherus consideraret [51]) imaginem pueri Hiesu in ulnis matris, suspirabat [52]) propter articulum Incarnationis. *Ach das wir doch solch herlich werk göttlicher barmherzigkeit ein wenig betrachteten vnnd nicht so hinschleudertten. pfu dich du schentlicher* [*fol.* 486a] *vnglaube, wie stellestu dich gegen dem freundtlichen gnedigen willenn deines*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 310. cap. 7. §. 7. sect. 2. et §. 8.

45) Itinera Christi Hier.] *haec usque ad verba:* Hierusalem perijt funditus, *quae in* Cod. fol. 485b lin. 1 — 8 init. *leguntur*, Reb. II, fol. 142a lin. 18 — 25 med. *refert.*

46) in terra] *a* Reb. *absunt.*

47) *das macht* — Quod si] Reb.: hoc est centies ascendit. Si

48) fuisse Romae — Et] Reb.: Romae fuisse, quanta ibi existeret gloriatio. Cum

49) ciuitas Hierus. perijt funditus.] Reb.: ciuitas sancta Hierusalem funditus extirpata sit.

50) Magna Dei gratia est — — *so teuer erlöset hat.*] *haec altera huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 485b lin. 8 med. — 14. *refertur, ap.* Reb. *superiori loco*, fol. 140a lin. 20 med. — 27. *proxime post verba extrema loci in nota* 42. *allati:* „praeter contemptum in mundo.“ *sic exhibetur:* Nam ineffabilis Dei est gratia, quod Filium in carnem nostram dederit, quod mysterium nullus hominum considerare potest, et tamen tam frigidi et ingrati sumus. Detestandus est Adae lapsus foedissimus, quod illum, qui me preciosissimo suo sanguine ab aeterna morte et Sathana redemit, maximo amore ampleeti et osculari non deberem.

51) Cum D. M. Luth. consideraret] Reb.: Deinde considerabat — *Haec verba et seqq. ap.* Reb. *proxime post ea, quae in nota* 50. *retuli, leguntur* fol. 140a lin. 28. — fol. 140b lin. 7. *aeque ac in* Cod. *haec sectio* fol. 485b lin. 15. — fol. 486a lin. 4. *praecedentem subsequitur.*

52) suspirabat] Reb.: suspirans

Digitized by Google

gottes, der du sonst in allen Creaturen lebenn wilst. [53]) O peccatum Adae quid fecisti.

Scriptura *) plena est [54]) testimoniorum de diuinitate Christi, maxime uero Ioannes Ioan. 8. [55]) principium quod et loquor uobis, Ego sum. Iudaei offensi interrogabant, quis esset. Ille respondit: *Ich bin Euer prophet vnnd prediger,* iuxta locum Deuteron. 18. Quasi diceret: [56]) Primum me audite, tunc uidebitis, quis ego sim. Ego sum ille, de quo Moises prophetauit Deuteron. 18. [57]) Mitius sonat quam si dixisset: Ego sum Messias uester. Sed hoc loco Augustinus optimus Doctor ualde se torsit. Ideo sancti patres cum iudicio legendi sunt.

Si Adam [58]) non peccasset, non fuisset usus frumento, sed fructibus. Christus autem post resurrectionem edit panem, non necessitate aut fame, sed ut testaretur se uere esse Christum et uere uiuere. [58])

Nota. *Ut etiam in hoc capite lector varietatem ordinis, quo singulae sectiones in* Cod. *et ap.* Reb. *dispositae sunt et aliam utriusque diversitatem facilius conspiciat, aeque ac supra p.* 23. *feci, hanc addo tabulam, in qua* Rebenstockii *ordinem sequor:*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 304. cap. 7. §. 1. sect. 1.

53) *Ach das wir doch — lebenn* (God. *clebenn*) *wilst.*] Reb.: dixit: vtinam opera tam praeclara, Dei misericordiam considerare, et summo in honore habere, nec ita negligere possemus, O foeda credulitas, cur non agnoscit voluntatem Dei benignissimam, qui alias omnibus inhaeres creaturis, et Deo tuo fidelissimo non confidis,

54) Scriptura plena est] Reb.: Ita sacra scriptura plena est — *Sectio, quae ab illis verbis incipit et verbis:* „cum iudicio legendi sunt." *finitur, in* Cod. *h. l.* fol. 486[a] lin. 5 — 17. *invenitur, ap.* Reb. *autem* fol. 139[a] lin. 6 med. — 17 med. *proxime annexa est illi loco, quem supra p.* 36 sq. *nota* 29. *adscripsi.*

55) maxime uero — Ioan. 8.] Reb.: praecipue Ioannes Euangelista cap. 8.

56) loquor uobis — Quasi diceret:] Reb.: loquor, etc. Ego vester sum Propheta, et concionator, vt Deut. 18. Scriptum est, quasi dicat,

57) Moises proph. Deut. 18.] Reb.: Moses et Prophetae vaticinati sunt,

58) Si Adam — et uere uiuere.] *pro his, quae in* Cod. fol. 486[a] lin. 18 — 22. *leguntur,* Reb. fol. 139[a] lin. 17 med. — 27. *proxime post praecedentem sectionem habet haecce a* Cod. *diversa:* Ego saepius miratus sum, quod Christus a publico docendi munere, vsque ad annum trigesimum aetatis abstinuerit, cum interim maximam impietatem, sacrilegia, blasphemias, impios cultus, haereses, perniciosas sectas, in populo Dei audire et videre coactus sit, etiam summo cum dolore animi, et tamen potuit se continere vsque ad illud tempus, quo vocatus est seque grauiter gessit, multos sane rancidos Sophistas ad poenitentiam agendam vocauit.

Digitized by Google

Reb. II. fol. 138a lin. 14. — fol. 139a lin. 6 med. *differt a* Cod. fol. 479b lin. 19. — fol. 480a lin. 15 med. (*vide supra p.* 36 sq. *notam* 29.)
— — fol. 139a lin. 6 med. — 17 med. = Cod. fol. 486a lin. 5 — 17. (*v. p.* 47. *not.* 54.)
— — fol. 139a lin. 17 med. — 27. *differt a* Cod. fol. 486a lin. 18 — 22. (*v.* p. 47. *not.* 58.)
— — fol. 139a lin. 28. — fol. 140a lin. 6 med. = Cod. fol. 483b lin. 3. — fol. 484a lin. 16. (*v.* p. 42. *not.* 5. *et* p. 44. not. 18.)
— — fol. 140a lin. 6 med.—9. = Cod. fol. 484b lin. 7—9. (*v.* p. 44 *not.* 27.)
— — fol. 140a lin. 10—20 init. = Cod. fol. 485a lin. 11—20. (*v.* p. 45 *not.* 42.)
— — fol. 140a lin. 20 med. — 27. = Cod. fol. 485b lin. 8 med. — 14. (*v.* p. 46. *not.* 50.)
— — fol. 140a lin. 28. — fol. 140b lin. 7. = Cod. fol. 485b lin. 15. — fol. 486a lin. 4. (*v.* p. 46. *not.* 51.)
— — fol. 140b lin. 8 — 19. = Cod. fol. 483a lin. 16. — fol. 483b lin. 2. (*v. p.* 42. *not.* 98.)
— — fol. 140b lin. 20. — fol. 141b lin. 25. = Cod. fol. 480a lin. 15 med. — fol. 481b lin. 17. (*v.* p. 38. *not.* 30.)
— — fol. 141b lin. 26. — fol. 142a lin. 2. = Cod. fol. 481b lin. 23. — fol. 482a lin. 5. (*v.* p. 40. *not.* 66.)
— — fol. 142a lin. 3. — 11 init. = Cod. fol. 482a lin. 21. — fol. 482b lin. 8. (*v.* p. 40. *not.* 71.)
— — fol. 142a lin. 11 med.—17. = Cod. fol. 484b lin. 10—18. (*v.* p. 44. *not.* 28.)
— — fol. 142a lin. 18 — 25 med. = Cod. fol. 485b lin. 1 — 8. init. (*v.* p. 46. *not.* 45.)
— — fol. 142a lin. 25 fin. — fol. 142b lin. 26. = Cod. fol. 482b lin. 9. — fol. 483a lin. 15. (*v. p.* 41. *not.* 80. *et p.* 42. not. 97.)
— — fol. 142b lin. 27. — fol. 143a lin. 8. = Cod. fol. 484b lin. 19. — fol. 485a lin. 10. (*v.* p. 45. *not.* 34.)
— — fol. 143a lin. 9 — 18. = Cod. fol. 484a lin. 17. — fol. 484b lin. 6. (*v.* p. 44. *not.* 19.)

[*fol. 486b*] EPITAPHIVM SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI, QVOD FIXVM EST AD SEPVLCHRVM CHRISTI HIEROSOLYMIS. [59]) *)

Sum Deus ex aeuo, [60]) carnem sumpsi sine [61]) naeuo,
Plebs mea me ligno fixit pendente maligno,
Aspice plasma meum, qui transis ante sepulcrum,
Quo [62]) triduo iacui, cum [63]) pro te passus obiui,
Quid pro me pateris, aut quae [64]) mihi grata rependis,

*) Reb. II, fol. 143a lin. 19. — fol. 143b lin. 9. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 346 sqq. cap. 7. §. 48. 49.

59) ad sepulchr. Chr. Hierosolymis.] Reb.: Hierosolymis ad Sepulchrum Christi.
60) ex aeuo,] Reb.: ex quo
61) sine] Cod. *male*: fine
62) Quo] Reb.: Qui
63) cum] Reb.: haec
64) quae] Reb.: quid

Digitized by Google

Sum Deus et puluis, sed regnes, [65]) si modo serues,
Pro te passus, ita tu [66]) pro me prospera uita,
Hic caput, militia, iacet hic mundi medicina. [67])

Aliud.

Hic sub clausura iacet [68]) Christi caro pura,
Sub cuius cura semper stat nostra figura,
Est Deus hic tantus, natus de uirgine quantus,
Pro te plagatus, pro me tu nega reatus. [69])

Aliud.

Mortuus hic iacuit, mortem dum morte peremit,
Hic Leo dormiuit, qui peruigil omnia triuit
Aspice plasma meum, qui transis ante sepulchrum
Quo triduo iacui, cum pro te passus obiui
Et Behemot dirum contriui compede plexum
Vectibus et tetri confractis prorsus auerni
Abstulit inde suos secum supra astra locatos. [70])

[*fol. 487a*] CHRISTIANI. CHRISTIANA VITA. [71])*)

Christianum esse, [72]) est habere Euangelium et credere.**) Haec fides adfert remissionem peccatorum et gratiam Dei.

---

*) Reb. II, fol. 143b lin. 10. — fol. 146a lin. 26. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 1 sqq. cap. 38.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 1. cap. 38. §. 1.

65) regnes] *sic* Reb.; Cod. *male* regne

66) tu] Reb.: vt

67) Hic caput — medicina.] Reb.: Pro te plagatus, pro me tu nega reatus.

68) iacet] *sic* Cod.; Reb.: iacuit

69) Pro te — reatus.] Reb.: Hic caput militia, iacet hic mundi medicina.

70) Aliud. Mortuus — locatos.] *haec ap.* Reb. *non reperiuntur.*

71) Chr. Christiana Vita.] Reb.: Chr. et Vita Christiana. — *Hoc caput ap.* Reb. II. fol. 143b lin. 12 — 20. *incipit ab hisce verbis, quae in* Cod. *h. l. non reperiuntur:* Magna est maiestas credentium in verbum Dei, hi Christo desponsantur, virgo casta fide, Oseae 2. Ioan. 3. 2. Corin. 6. Ephes. Hinc Christiani nomen et appellatio, ab ipsomet Sponso Christo omnibus confessionibus competit. Saluberrima profecto appellatio, a coelesti et ditissimo sponso omnibus illo communicantes, Ideo Exod. 19. 1. Pet. 2. appellantur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. *In* Cod. *autem prima huius capitis sectio orditur a verbis:* Christianum esse est habere *etc.*

72) Christianum esse] *sic orditur in* Cod. *prima huius capitis sectio* fol. 487a lin. 3. *et finitur ibid.* lin. 8. *verbis: nicht allein lassen; ap.* Reb. II. *haec leguntur paulo inferius* fol. 144a lin. 20 med. — 26 med. *ubi vero pro:* Christianum esse, est habere Euang. et cr. *exhibentur:* Igitur Christianum esse, et habere Euang. et cr.

Digitized by Google

Concipitur autem non nisi per spiritum sanctum, in mundo [73]) torquetur et affligitur, sed spiritus sanctus erigit. *Er wil vnns nicht allein lassen.* [74])

Die Christen mussen dreierlei feinde leiden: *) *Tyrannen, Secten, falsche bruder.* [75]) hoc probo Theologice. Nam praedicato uerbo Dei de patre, filio et spiritu sancto diabolus conatur singulas contaminare personas. At [76]) Tyranni peccant contra potentiam patris, [77]) sectarij contra sapientiam filij, falsi fratres contra bonitatem spiritus sancti. Deinde probo Grammatice, quia quidam sunt mali, alij peiores, alij pessimi. Tyranni enim [78]) sunt mali et minus nocent quam [79]) uexant tantummodo corpus et opes. Sectarij autem etiam animam perturbant [80]) falsa doctrina, quandoque etiam corpora seditionibus. Porro falsi fratres *die sindt Judas* [*fol.* 487^b] qui [81]) edunt panem Christi, id est, audiunt praedicationem, *vnnd trettens mit fussen aus lautter bosheit.* [82]) Ideo peccant irremissibiliter in spiritum sanctum.

Cultus Christianorum [83]) non est illa larua Monachorum, **) qua [84]) fatigant sua corpora ieiunijs, uigilijs, cantu, quod gestant cilicia et uirgis sese caedunt. [85]) De hoc cultu Deus nihil nouit, neque unquam illum a nobis [86]) exigit, sed quando diligenter pureque uerbum eius tractatur, ibi erudiuntur animae, [87]) ut sciant, quid et quomodo credant. Docentur

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 18 sq. cap. 39. §. 18.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 1 sq. cap. 38. §. 2.
73) in mundo] Reb.: In mundo enim
74) spiritus sanctus — *allein lassen.*] Reb.: Spiritus eriget et in nullis miserijs relinquet nos solos.
75) *Die Christen mussen — falsche bruder.*] Reb.: Christianos tres hostes pati oportet Tyrannos, Sectas et falsos fratres. — *Sectio ab his verbis ordiens, quae terminatur verbis:* irremissibiliter in spiritum sanctum, *in* Cod. *legitur* fol. 487^a lin. 9. — fol. 487^b lin. 5., *ap.* Reb. *vero paulo inferius* fol. 144^b lin. 10 — 28 init.
76) singulas cont. personas. At] Reb.: singulas personas contaminare. Nam
77) patris,] Reb.: Dei patris
78) enim] *a* Reb. *abest.*
79) quam] Reb.: quia
80) animam pert.] Reb.: perturbant animam
81) *die sindt Judas* qui] Reb.: imitantur fratrem illorum Iudam proditorem, et
82) praedicationem, — *bosheit.*] Reb.: praedicationem Christi, et tamen precibus conculcant illud prae nimia malitia.
83) Cultus Christianorum] *sectio, quae sic incipit et finitur verbis:* illa non dixisse serio, *in* Cod. *exhibetur* fol. 487^b lin. 6 — 18., *ap.* Reb. *autem* fol. 144^a lin. 26 med. — fol. 144^b lin. 9.
84) qua] *sic* Reb.; Cod.: quae
85) quod gestant — caedunt.] Reb.: gestantes cilicia, virgis sese caedentes
86) illum a nobis] Reb.: a nobis illum
87) animae] Reb.: animi

Digitized by Google

etiam charitatem erga Deum et proximum. Fides cultus est, qui Deo maxime placet. Ideo etiam Christus sic praedicat fidem Chananeae, non simpliciter dicit eam canem, sed non bonum est [88]) etc. Et sequentia ostendunt Christum illa non dixisse serio.

SANCTITAS CHRISTIANORVM. [89]) *)

Magna caecitas humani cordis est thesaurum gratiae donatum [90]) non posse recipere, tales enim sumus, qui quantumuis [91]) baptizati [*fol. 488*[a]] fidem habentes Christum, sacramenta, Verbum, quae omnia fatemur esse sancta, nos ipsos tamen sanctos dicere nolumus. [92]) Cum Christiani appellatio longe augustior sit [93]) quam sancti, uestes et [94]) mortua sancta appellare possumus, [95]) Christianos uero sanctos appellare non possumus, semper respicimus in qualitatem et talem sanctum et iustum speculamur, *der do from sey vnnd wunderwerck thue.* [96]) Accedit illa opinio, quod in papatu tantum mortuos nominarunt sanctos. [97]) Hunc errorem Zwinglius auget, qui iustum et iustitiam appellat *from vnnd frommigkeit.* [98]) Ita ratio tantum et [99]) mox respicit in opera. Nos autem uolumus manere in iustitia relationis, non qualitatis, scilicet, *dass vnns gott vor from vnnd gerecht halde, darvor konnen wir vns nicht halden,* [100]) quia iudicamus secundum sensum.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 2 sq. cap. 38. §. 3.

88) canem, sed non bonum est] Reb.: Canem, etc. Sed non est bonum,

89) Sanctitas Christianorum.] *haec inscriptio a* Reb. *abest.*

90) Magna caecitas humani cordis est thesaurum gratiae donatum] Reb.: Magna est caecitas humani cordis tantum thesaurum gratiae coelitus donatum — *Sectio ab his verbis ordiens, et verbis*: iudicamus secundum sensum *terminata legitur in* Cod. fol. 487[b] lin. 19. — fol. 488[a] lin. 18., *ap.* Reb. fol. 143[b] lin. 21. — fol. 144[a] lin. 13 med.

91) quantumuis] Reb.: vtcunque

92) Christum, — nolumus.] Reb.: in Christum, Verbum et Sacramenta confitentes, quae omnia sancta esse credimus nos ipsos tum sanctos appellari nolumus.

93) l. augustior sit] Reb.: l. sit augustior

94) et] Reb.: est

95) possumus,] Reb.: potuimus,

96) *der do — thue.*] Reb.: qui sit pius possit facere miracula.

97) opinio — sanctos.] Reb.: superstitio ex papatu, tantum mortuos sanctos nuncupantes,

98) *from v. frommigkeit.*] Reb.: pium et pietatem,

99) tantum et] *a* Reb. *absunt.*

100) *dass vnns — nicht halden,*] Reb.: vt Deus nobis gratis propter filium suum, iustitiam et pietatem imputet, cum nos a natura simus iniusti,

Digitized by Google

Christiani igitur [1]) omnia iusta faciunt, etiamsi peccent, attamen resurgunt, sed difficile est [*fol.* 488[b]] credere. Cedit quidem Spiritus sanctus a lapsis, sicut in Dauide, Petro [2]) etc. sed mox iterum resipiscunt et orant: Redde mihi laetitiam salutaris tui, *Er hat ihn verloren, er fodert ihn wider.* [3]) Si non essemus baptizati, *) et non crederemus in Christum, *so liesse vnns der Teuffel wol tzufrieden, wir wollen vnns aber an den Christum halten, solte der teuffel noch so sehre auff vnns tzornen vnnd sturmen.* [4]) Vbi Christus manet et nos manebimus, *feret er in die helle, so wollen wir mit ihm.* [5])

Mirabilis est [6]) Christianorum caro. Expositi omnibus sathanae insidijs [7]) tanquam folium arboris pendulum [8]) uehementissimis uentis obiectum, qui rupes et turres impugnant, ita nos sumus in hac miserrima uita. Considerate Adam et Euam, *wie es die elendesten eltern auff erdenn sein gewest,* [9]) sicut tragicae circumstantiae indicant, Fratricidium fuit illis maximus terror.

Multi gloriantur [10]) se perdidicisse doctrinam **) de remis-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 355. cap. 7. §. 69.

**) *Conf.* ibid. IV. p. 4. cap. 38. §. 4.

1) Christiani igitur] *Sectio ab his verbis incipiens, et terminata verbis: „so wollen wir mit ihm" ap.* Reb. *disiunctim reperitur; dimidia enim pars:* Christiani igitur — *er fordert ihn wider.* (Cod. fol. 488[a] lin. 19. — fol. 488[b] lin. 5 med.) *legitur ap.* Reb. fol. 144[a] lin. 13 med. — 20 med., *altera autem dimidia pars:* Si non essemus baptizati — *so wollen wir mit ihm.* (Cod. fol. 488[b] lin. 5 med. — 11.) *a* Reb. *refertur inferiore loco* fol. 144[b] lin. 28. — fol. 145[a] lin. 4 med.

2) Petro] *a* Reb. *abest.*

3) *Er hat — wider.*] Reb.: etc. Spiritus sanctus amiserat, petit autem et orat, amissum Spiritum sanctum redire.

4) non crederemus — *vnnd sturmen.*] Reb.: in Christum non crederemus, tum Sathan nulla in re nos affligeret, verum nos sumus discipuli et confessores Christi, etiamsi Sathan vehementiori nos prosequatur odio.

5) *feret er — mit ihm.*] Reb.: si descenderit ad inferos, nos descendamus una cum illo.

6) Mirabilis est] Reb.: Nam mirabilis est — *Sectio ab his verbis ordiens, quae in* Cod. *legitur* fol. 488[b] lin. 12.—fol. 489[a] lin. 9., *a* Reb. *disiunctim exhibetur, prior enim dimidia pars:* Mirabilis est — fuit illis maximus terror *ab eo refertur* fol. 145[a] lin. 4 med. — 12., *altera iautem dimidia pars:* Multi gloriantur se perdidicisse — nubes nullam pluviam reddentes *legitur* fol. 146[a] lin. 13 — 26.

7) caro. — insidijs] Reb.: victoria, in infirmitate, omnes enim sumus infirma caro, Sathanae insidijs expositi,

8) folium arboris pendulum] Reb.: pendulum arboris folium

9) *wie es — gewest,*] Reb.: quam miserrimi in terris parentes fuerint,

10) Multi gloriantur — — nullam pluuiam reddentes.] *haec, quae in* Cod. fol. 488[b] lin. 20 med. — fol. 489[a] lin. 9. *post illa verba:* „Mirabilis est — fuit illis maximus terror." *proxime exhibentur, ap.* Reb. *inferiore loco* fol. 146[a] lin. 13 — 26. *sic referuntur:* Ideo verbum Dei in timore et tremore amplectendum, sed proh dolor multi temere gloriantur se

Digitized by Google

sione peccatorum, et ego miserrimus *kan mich* [*fol. 489a*] *der passion vnnd Resurrection vnnd vergebung der sunden so wenig trosten. das kan ich wol, das ich vnnserm herrn gott sein brodt esse vnd sein bier trincke. Aber das ich mich des notigsten schatzes also kunde annemen*, scilicet remissionis peccatorum gratuitae, *das wil nicht folgen.* [10])

Falsi Christiani, *) qui se iactant Euangelicos et tamen nullum fructum edunt, sunt sicut nubes nullam pluuiam reddentes. [10])

Nota. *Iuvat hoc quoque loco addere conspectum diversae dispositionis singularum huius capitis sectionum ap.* Reb. *atque in* Cod.:
Reb. II. fol. 143b lin. 12—20. *desunt in* Cod. (*vide p.* 49. *notam* 71.)
— — fol. 143b lin. 21. — fol. 144a lin. 13 med. = Cod. fol. 487b lin. 19. — fol. 488a lin. 18. (*v. p.* 51. *not.* 90.)
— — fol. 144a lin. 13 med. — 20 med. = Cod. fol. 488a lin. 19. — fol. 488b lin. 5 med. (*v. p.* 52. *not.* 1.)
— — fol. 144a lin. 20 med. — 26 med. = Cod. fol. 487a lin. 3 — 8. (*v. p.* 49. *not.* 72.)
— — fol. 144a lin. 26 med. — fol. 144b lin. 9. = Cod. fol. 487b lin. 6—18. (*v. p.* 50. *not.* 83.)
— — fol. 144b lin. 10 — 28 init. = Cod. fol. 487a lin. 9. — fol. 487b lin. 5. (*v. p.* 50. *not.* 75.)
— — fol. 144b lin. 28. — fol. 145a fin. 4 med. = Cod. fol. 488b lin. 5 med. — 11. (*v. p.* 52. *not.* 1.)
— — fol. 145a lin. 4 med. — 12. = Cod. fol. 488b lin. 12 — 26 med. (*v. p.* 52. *not.* 6.)
— — fol. 145a lin. 13. — fol. 146a lin. 13 init. = Cod. fol. 489a lin. 10. — fol. 490b lin. 8.
— — fol. 146a lin. 13 — 26. = Cod. fol. 488b lin. 20 med. — fol. 489a lin. 9. (*v. p.* 52. *not.* 6. 10.)

ARMATVRA CHRISTIANA [11]) HOMINIS. **)

Hiob inquit: Militia est uita hominis, et Paulus Ephes. 6. describit *πανοπλίαν*. [12]) Sunt autem duplicia arma, quae

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 15. cap. 39. §. 15.
**) Reb. II, fol. 145a lin. 13. — fol. 145b lin. 17. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 15 sq. cap. 39. §. 16.

doctrinam de remissione peccatorum perdidicisse, et ego M. L. miserrimus, imbecillitate fidei meae, vix vllam consolationem ex morte, resurrectione Christi, et ex articulo de remissione peccatorum, capere possum, bonis autem corporalibus, a Deo acceptis vt edere et bibere, panem et cereuisiam, optime possum, apprehendere autem thesaurum suum necessarium scilicet remissionis peccatorum gratuitae, hoc non vult sequi, Igitur falsi Christiani, qui se Euangelicos iactitant nullum fructum edentes, sicut nubes nullam pluuiam reddentes.

11) Christiana] Reb.: Christiani
12) *πανοπλίαν*] Cod. *corrupte: παναπλιαν*, Reb.: *παπόπλιαν*

Digitized by Google

his nominibus Graece appellantur [13]) φυλακτήρια, id est, tegumenta [14]) et munimenta cordis, alia uocantur ἀμυντήρια, [15]) id est, tela quibus hostis feriendus est. [16]) Sunt autem φυλακτήρια cingulum ueritatis, id est, agnitio uerae doctrinae Euangelij, non simulata professio huius doctrinae.

Thorax iustitiae, sed haec non est iustitia [*fol. 489b*] bonae conscientiae, quamquam et illa necessaria est, quia [17]) scriptum est: Ne intres in iudicium cum seruo tuo, etc. [18]) Item Paulus: Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. [19]) Sed est iustitia fidei et remissionis [20]) peccatorum, de qua loquitur Gen. 15. Credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad iustitiam.

Calcei, opera uocationis, in quibus consistendum est, nec erumpendum extra illas metas.

Scutum fidei. Huc pulchre quadrat fabula Persei, qui in manu tenet caput Gorgonis, quod cum aliquis aspiceret, statim est mortuus. Sicut Perseus opposuit caput Gorgonis hostibus suis [21]) et uicit, sic nos opponamus filium Dei tanquam caput Gorgonis, omnibus illecebris et insidijs Diaboli, et certissime erimus uictores.

Galea, id est, uitae aeternae spes, ut [22]) ipse Paulus interpretatur.

Ἀμυντήρια sunt duo. Gladius [23]) spiritus. 1. Thess. 5. id est [24]) uerbum Dei et precatio. Sicut Leo nullam rem magis extimescit [*fol. 490a*] quam cantum Galli, sic Diabolus non aliter uinci potest, nisi uerbo Dei, et precatione. Huius rei exemplum proposuit Christus Matth. 4.

Nostra uita est simillima [25]) nauigationi. *) Sicut enim nautae, proprositum habent portum,, ad quem dirigunt suum cursum, sic nobis promissio uitae aeternae [26]) facta est, ut in

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 17. cap. 39. §. 17.

13) appellantur] *ap.* Reb. *deest.*
14) tegumenta] Reb. *typ. err.*: legumenta
15) ἀμυντήρια] Cod. *falso*: ἀμυνήρια
16) feriendus est.] Reb.: periendus.
17) quia] Reb. *male*: qui
18) etc.] *a* Reb. *abest.*
19) sum] *ap.* Reb. *deest.*
20) remissionis] Reb.: remissio
21) hostibus suis] *ap.* Reb. *desunt.*
22) ut] *sic* Reb.; Cod.: et
23) sunt duo. Gladius] Reb. sunt duo gladij
24) id est] *a* Reb. *absunt.*
25) est simillima] Reb.: simillima est
26) uitae aeternae] Reb.: aeternae vitae

Digitized by Google

ea uelut in portu suauiter acquiescamus. Cum autem nauis, in qua uehimur, imbecillis sit, et turbulentissimae procellae et tempestates [27]) in nos irruant, facile intelligi potest, nobis opus esse sapientissimo gubernatore, [28]) qui suis consilijs nauem ita regat, ne uel in scopulos impingat, uel penitus mergatur. Hic gubernator est solus Deus, qui non modo uult, sed etiam potest nauem seruare, ut [29]) quamuis saeuis fluctibus iactata, tamen salua et incolumis ad portum perueniat. Promisit autem se nobis affuturum esse, si ab eo petamus gubernationem et defensionem. [30]) Donec igitur hunc gubernatorem retinet, eluctatur ex saeuitia tempestatum et fluctibus. [31]) Si autem [*fol. 490*^{b}] nautae in summo uersantes periculo, petulanter excutiunt gubernatorem, cuius praesentia et consilio seruari poterant, nauis in tali casu perit. Et perspicue cernimus naufragium accidisse, non culpa gubernatoris, sed furore et petulantia eorum, qui in naui fuerunt. Haec imago pulchre declarat, quae sit causa nostrarum calamitatum et miseriarum etc. [32])

CREATIO. [33]) *)

Cum Doctor Martinus [34]) in lecto decumberet et a muscis uexaretur, quaerebam, quare [35]) Deus haec et alia infinita mala creasset tantum [36]) ad nocendum homini et alijs creaturis, cum tamen dictum [37]) sit in Genesi: Vidit Deus, quod omnia creata essent bona. Respondit Doctor: Quidquid [38])

---

*) Reb. II, fol. 146^{a} lin. 27. — fol. 155^{a} lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 170 sqq. cap. 3.

27) procellae et tempestates (Cod. *male:* tempestate)] Reb.: tempestates et procellae
28) sap. gubernatore,] Reb.: gubernatore, sapientissimo,
29) ut] Reb.: et
30) petamus gub. et def.] Reb.: gubernationem et defensionem petamus.
31) et fluctibus.] Reb.: ac fluctuum.
32) etc.] *a* Reb. *abest.*
33) Creatio.] Reb.: Creationis consideratio.
34) Cum Doctor Martinus] Reb.: Cum Mart. Luth. — *Ab illis verbis in* Cod. *sectio prima huius capitis orditur* fol. 490^{b} lin. 10., *quae finitur* fol. 491^{a} lin. 2. *verbis: dass sie vnns nicht mer sollen dienen.* Rebenstockius *fere eadem refert non in hoc cap., sed in subsequenti, voce* Paradisus *inscripto* T. II. fol. 149^{b} lin. 1 med. — 15 med.
35) quaerebam, quare] Reb.: Quaestio fiebat, cur
36) tantum] *a* Reb. *abest.*
37) dictum] Reb.: scriptum
38) Doctor: Quidquid] Reb.: M. L. Quod

Digitized by Google

creatum est a Deo, in sese bonum est, adeoque etiam *das wir mit den schlangen vnnd ottern gespielet hetten wie mit den freundlichen ketzlein oder hundelein.* Post lapsum uero [39]) et transgressionem Adae omnia iam nobis [40]) facta sunt molesta et noxia, idque propter [41]) maledictionem. Ideo dicit Deus: [42]) Terra germinabit [43]) tibi tribulos. *Das pronomen* Tibi *verterbts* [*fol. 491*[a]] *alles, da ist ihnen allen die krafft enttzogenn, dass sie vnns nicht mer sollen dienen.* [44])

DIFFICVLTAS ARTICVLI CREATIONIS. *)

Antequam homo discit primum uerbum in Mose: Deus creauit Coelum et terram, *so ist er todt,* et si 1000 annos uiueret, *so wirdts keiner auslernen. Aber dieses* Creatoris *hat man so hoch vergessen, das gott auch seinen son must senden in die welt, das er die welt erinnert des vatern vnnd den antzeigt.* [45])

D. M. Lutherus iocabatur cum suo cane [46]) dicens: Canis est fidelissimum animal et [47]) in magno pretio haberetur,

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 171. cap. 3. §. 2.

39) *das wir* — Post lapsum uero] Reb.: quod cum serpentibus et viperis, quasi cum canibus lusissemus. At post lapsum

40) iam nobis] Reb.: nobis iam

41) propter] Reb.: per

42) dicit Deus:] Reb.: Deus dicit,

43) germinabit] Reb. *falso*: geminabit

44) *Das pronomen* Tibi — *sollen dienen.*] Reb.: hoc pronomen tibi omnia corrumpit omnibus viribus exutae sunt, vt in posterum nobis inseruire non debent.

45) Difficultas Articuli Cr. — — *vnnd den antzeigt.*] *haec, quae in* Cod. fol. 491[a] lin. 3—10. *leguntur, ap.* Reb. *in fine huius cap.* fol. 146[b] lin. 28 med.—fol. 147[a] lin. 6. *sic exhibentur:* Articuli autem creationis difficillima est inquisitio. Nam antequam homo discit primum verbum in Mose (Deus creauit coelum et terram) extinctus est, etiamsi mille annos viueret, nemo tamen satis intelligere poterit, verum huius creatoris obliti erant homines, quod Deus etiam filium suum mittere in mundum cogebatur, vt Deum patrem per filium agnoscere a nouo discerent.

46) D. M. Lutherus iocabatur cum suo cane] Reb.: Deinde iocabatur cum canicula sua — *Sectio ab his verbis ordiens, et verbis: „selber machen" terminata exstat in* Cod. fol. 491[a] lin. 11. — fol. 491[b] lin. 1 med., *ap.* Reb. *vero non in hoc cap., sed in subsequenti de* Paradiso fol. 147[b] lin. 14—25.

47) et] Reb.: vt

Digitized by Google

si non esset tam uulgare. *vnser herrgott hat die grosten gaben am gemeinsten gemacht.* [48]) Oculi sunt donum praestantissimum omnibus animantibus datum. Auiculae exiguae habent clarissimos oculos [49]) sicut stellulas, *sie sehen eine fliege einer stuben lang,* [50]) sed illa dona uulgaria non cognoscimus, *wir sint hanswurste,* [51]) sed in futura uita illa uidebimus, *da wollen wir denn voglein mit schonen hellen augen* [*fol. 491*[b]] *selber machen.* [52])

Ein Ider mensch muss ein Jar dem andern tzu hulffe 30 fl. habenn, vnnser herrgott verthut einen tag mer denn ein keyser vermagk. Nullus homo aestimare potest, quantum Deus singulis diebus indigeat, *dass er die gantze welt speiset. Ich weiss, dass die welt vnnsern herrngott alle tage mer denn ein konigreich vertzeret, wie viel sein nu tage* a condito mundo, *wie sein so viel konigreiche, pfu vnnd wir wollen ihm nicht vertrauenn.* [53])

[*Ex annotationibus* 34. 45. 46. 53. *huic capiti adscriptis intelligitur, excepta secunda sectione, cetera ap.* Reb. *non in hoc capite* de Creatione, *sed in subsequenti* de Paradiso *reperiri. Econtra prior multoque maior pars eorum, quae a* Rebenstockio *inscripta sunt:* Creationis consideratio, *nempe* fol. 146[a] lin. penult. — fol. 146[b] lin. antepenult. med. „Paulus ad Ro. 1. benedicit, Inuisibilia — — alias concordia in discordiam mutaretur." (*praeter* 3 *lineas priores*) *in* Cod. *sequenti capiti* de Paradiso fol. 493[a] lin. 7. — fol. 493[b] lin. 8. *inserta sunt* (*vide infra notam* 82 *et seqq.*). *Illis verbis extremis:* alias concordia in discordiam mutaretur, *ap.* Reb. *tanquam posterior huius capitis pars annexa sunt verba in nota* 45. *allata:* Articuli autem creationis — — a nouo discerent.

---

48) *vnser herrgott — gemacht.*] Reb.: Deus noster maxima dona, vilissima esse curauit.

49) clariss. oculos] Reb.: oculos clarissimos

50) *sie sehen — lang,*] Reb.: a longo enim muscam videre possunt,

51) *wir sint hanswurste,*] Reb.: quia sumus valde stupidi.

52) *da wollen wir denn* (Cod.: *dem*) *— selber machen.*] Reb.: ibi et nos exiguis auiculis oculos claros componere volumus.

53) *Ein Ider mensch muss — — ihm nicht vertrauenn.*] *haec, quae in* Cod. fol. 491[b] lin. 1 med. — 11. *leguntur, ap.* Reb. *in capite* de Paradiso fol. 147[b] lin. 3—14 init. *referuntur sic mutata:* Tanta est Dei prouidentia in creaturis consideranda, quam nullus hominum satis digne considerare potest, quantum Deus singulis diebus indigeat, ad alendum mundum, scio mundum Deo nostro, in quolibet die, plusquam regale imperium consumere, quot autem sunt dies, a condito mundo, vbi sunt tam multa regum imperia? Phui, et nos interim Deo nostro confidere nolumus, Deus noster vno die donis et beneficijs eius tantum consumit et exponit quantum Caesar magnificus nunquam acquirere potest.

Digitized by Google

PARADISVS. 54) *)

De Paradiso interrogarunt, 55) quis et qualis esset locus, ubi Adam habitauit? Respondit: Ego puto paradisum totum mundum appellatum. 56) Sed Moses describit eum 57) secundum aspectum Adae circa quatuor flumina. Sed paradisus 58) dicitur, *dass vberal so lieblich sey gewachsen.* 59) Fuit autem Adam ad orientem in Syria et Arabia. Postquam peccauit, *do ist nichtes so lieblich gewest als vormals,* 60) non fuit illi paradisus. Ita [*fol. 492a*] quoque terra Sodomae, paradisus dicitur a Mose. Ita quoque Samaria et Iudaea terra fuit fertilissima, 61) nunc autem, ut fertur, plane arenosa. Nam comes de Stolberg, qui eam terram uisitauit, eam 62) plane arenosam dicit. 63) Nam Deus terram illam fertilem in 64) salsuginem maledixit. Vbi enim Deus benedicit, ibi crescit.

LIBERI SINGVLARE TESTIMONIVM PROVIDENTIAE. 65) **)

D. Iona considerante 66) praeclaram Dei benedictionem in frugibus et quod suspenderat supra mensam ramum cum

---

*) Reb. II, fol. 147a liu. 7. — fol. 155a liu. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 177 sq. cap. 3. §. 11.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 178 sq. cap. 3. §. 12.

54) Paradisus.] Reb.: De Paradiso. — *Sectio ab hac inscriptione ordiens et verbis*: benedicit, ibi crescit *terminata, quae in* Cod. fol. 491b liu. 12. — fol. 492a liu. 7. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 147a liu. 7—23 med. *invenitur.*

55) De Paradiso interrogarunt] Reb.: Interrogauit

56) Ego puto — appellatum] Reb.: Arbitror totum mundum appellatum esse Paradisum.

57) describit eum] Reb.: eum describit

58) Sed paradisus] Reb.: Paradisus enim

59) *dass vberal — gewachsen.*] Reb.: quod fuerit locus amoenissimus.

60) *do ist — vormals*] Reb.: tum temporis suam amisit amoenitatem quam antea habuerat,

61) paradisus dicitur — fertilissima,] Reb.: dicitur Paradysus, et Samariae et Iudaeae terra fertilissima Paradyse similis,

62) eam] *a* Reb. *abest.*

63) dicit.] Reb.: asserit.

64) in] Reb.: vt

65) Liberi singulare (Cod. singulares)—prouidentiae.] *haec inscriptio a* Reb. *abest.*

66) considerante] Reb.: commendante — *Sectio sic incipiens, et terminata verbis*: in optimis Dei donis, *legitur in* Cod. fol. 492a lin. 8. — fol. 492b lin. 5., *ap.* Reb. *autem* fol. 147b lin. 26. — fol. 148a lin. 12.

Digitized by Google

cerasis [67]) ad recordationem creationis, respondit Martinus Lutherus: Cur non in liberis fructibus corporis consideratis, qui praestant omnibus fructibus arborum. Ibi uideretis prouidentiam Dei, [68]) qui ex nihilo illos creauit, *hat ihnen in einem halben Jare leib, leben, vnnd alle glieder geben,* uultque illos alere. Attamen transimus, *sollen wol blindt werden,* [69]) et auari super illa dona Dei, sicut plerumque homines deteriores et tenaciores fiunt data prole, nescientes cuilibet infanti [*fol. 492b*] suam fortunam attributam, iuxta prouerbium: *Jhe mer kinder, jhe mer gluck. Lieber herrgott* [70]) quanta est ignorantia et malitia in homine, qui illa non potest considerare, sed contrarium facit in optimis Dei donis.

Mea opinio [71]) est paradisum fuisse totum mundum et mouent me quatuor flumina, de quibus textus dicit, quae totum orbem terrae circumfluxerunt. Eijci autem ex paradiso est destitui uoluptate istorum bonorum propter maledictionem: Terra germinabit tibi spinas et tribulos. [71])

D. Martinus mirabatur arborum fertilitatem *) dicens: [72]) Si Adam non fuisset lapsus, tanta fuisset omnium rerum consideratio, ut quaelibet arbor et culmus esset pretiosior, quam iam [73]) aurei et argentei culmi et arbores. [74]) Nam secundum rerum naturam, *so ist ein ider gruner baum herlicher denn so es ein guldener oder silberner baum were.* Cum apponerentur poma, [75]) dixit D. Lutherus: [76]) [*fol. 493a*] Si Adam non peccasset, tum [77]) nullus fuisset usus [78]) panis, sed nos

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. l. p. 179. cap. 3. §. 13. sect. 1.

67) et quod susp. — cerasis] Reb.: cum suspenderet ramum cum cerasis supra mensam,
68) fructibus corporis — Dei] Reb.: corporis nostri fructibus, qui praestant omnibus arborum fructibus talia consideramus
69) *hat ihnen — blindt werden,*] Reb.: in semestri anni Spacio dedit illis corpus animam et omnia membra, illosque vult alere, attamen transimus, tanquam coecus quidam,
70) *Jhe mer k. — herrgott*] Reb.: quo quis plures habet proles eo maiori foelicitate praeditus est. Deus bone
71) Mea opinio] Reb.: Mea igitur opinio — *Sectio ab his verbis ordiens, quae finitur verbis*: spinas et tribulos, *in* Cod. *exhibetur* fol. 492b lin. 6—12., *ap.* Reb. *vero superiori loco* fol. 147a lin. 23 med. — fol. 147b lin. 2.
72) dicens] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
73) esset pretiosior, quam iam] Reb.: preciosior esset quam nunc
74) argentei c. et arbores.] Reb. *male*: argenti c. et arboris.
75) *so ist ein ider* — poma,] Reb.: quaelibet arbor florida preciosior est, quam si esset aurea vel argentea arbor, cumque poma apponerentur ad mensam
76) D. Lutherus:] *hoc nomen a* Reb. *abest.*
77) tum] Reb. *utroque loco*: tunc
78) fuisset usus] Reb.: vsus fuisset

Digitized by Google

fructibus uesceremur. Tum [77]) quidam dixit: [79]) Tamen et Christus edit post resurrectionem. Respondit Mart. Luth. [80]) Non necessitate et fame, sed ut testaretur, se uere esse Christum, et uere uiuere. [81])

Adam *durffte kein buch,* [82]) qui [83]) habebat librum naturae, *) et omnes prophetae, Christus et Apostoli citant multa ex hoc libro, ut de dolore parturientium, de societate membrorum corporis. De lege naturae similitudo [84]) mihi uidetur iucundissima apud Paulum. Diuersa sunt membra corporis, sed nullum potest carere altero. *Eines dienet dem andern, wann das auge nicht sehe, wie solt man die füsse tzustossen, wann die hende nicht grieffenn, wie wolt man essen, wann die füsse nicht gingen, wo woltens die hende nemen. Aber der mage, der faule wanst leidt mitten im leibe, vnnd lest sich mesten wie eine Saw. Wan nu ihm die hende nichtes geben wolten, so wurden sie auch balde niemmer greiffen konnen.* [85]) Haec docent mutuam [*fol. 493*b] charitatem inter homines, ut illa pictura Graecorum [86]) de claudo et caeco, qui mutuis officijs sibi profuerant, sed hoc est pulchrius, quod etiam remissio peccatorum in hac pictura depicta est. *Es trit ein fuss*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 98 sq. cap. 2. §. 20.

79) dixit:] *sic* Reb., *in* Cod. *deest.*

80) Mart. Luth.] *hoc nomen a* Cod. *abest.*

81) Si Adam non peccasset — — et uere uiuere.] *haec, quae h. l. in* Cod. *et ap.* Reb. *leguntur, in* Cod. *etiam supra* p. 47. *iam relata sunt.*

82) Adam *durffte kein buch,*] *Sectio ab his verbis ordiens, et terminata verbis: „sonst kan man nicht eins bleiben* etc.“ *legitur in* Cod. fol. 493a lin. 7. — fol. 493b lin. 8., *ap.* Reb. *autem non in hoc cap.* de Paradiso, *sed in praecedente* Creationis consideratione fol. 146a lin. penult. — fol. 146b lin. 28 med. *exhibetur.*

83) Adam *d. k. buch,* qui] Reb.: Paulus ad Ro. 1. benedicit, Inuisibilia Dei a (Reb. *male* ad) creatura mundi, per ea quae facta sunt, conspici. Ideo pius praesentiam Dei fide considerat. Adamus enim libro non opus habebat, quia

84) corporis. De lege naturae similitudo] Reb.: corporis, de lege naturae. Similitudo

85) sed nullum potest carere altero. — — *niemmer greiffen konnen.*] Reb.: sed alterum altero carere non potest, sed potius inseruire cogitur, oculi enim, si obcaecantur, tunc sine offensione capitis nostri et pedum nostrorum ambulare non possumus, manus nostrae si palpare non possent, laborem nullum possemus efficere, si pedes iter facere nequirent, manus nunquam officium pedum efficere possent, verum stomachus ille piger, is in medio corpore iacet inclusus, et cibum suum diuturnum expectat, nunc si manus suo desisterent officio et ventriculo cibum dare negare vellent, tunc et ipsae manus debilitarentur, vt in posterum suo desistere officio cogerentur.

86) Graecorum] *a* Reb. *abest.*

Digitized by Google

den andern, es beissen offt die tzene die tzungen, man stöst offt mit den fingern in die augen, do muss remissio peccatorum *sein, sonst kan man nicht eins bleiben* etc. [87])

CREATVRAE. [88])*)

Exiuit D. Lutherus [89]) cum uxore sua in hortum, piscatum ripam et piscinam, [90]) ibi inueniebantur *hechte, schmerlen, forellen, kaulperschken, karpen,* quorum aliquos edimus in mensa, summa laetitia et gratiarum actione. Dixit D. Doctor: *Kethe du hast grosser freude vber den wenig fischen dann mancher Edelman, wann er etlich grosse teiche fischet mit viel hundert schocke fische. Ach* auaritia *vnnd* ambitio [91]) faciunt, ne rebus frui possimus. [92]) *Es sitzt mancher geitzwanst* in summis delicijs, *kan dennoch dasselbige nicht* [*fol. 494a*] *mit lust genissen. Es heist:* Non uidebit impius [93]) gloriam Dei, imo ne praesentes creaturas possunt [94]) agnoscere, *denn gott vberschuttet vnns tzu sehr damit,* [95]) Et ita assiduitas facit res uilescere, *wans seltzam were, so achtets man hoher,* sed nos non possumus considerare creaturarum amoenitatem. Videte, *wie fein ein fischlein leichet, do eins wol tausent bringet,* [96]) et

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 179 sq. cap. 3. §. 14.

87) in hac pictura — — *nicht eins bleiben* etc.] Reb.: hac pictura sit depicta, pes pedem (Reb. *male*: pedum) interdum conculcat, dentes linguam mordent, oculi interdum laeduntur per digitos, hic requiritur certe remissio peccatorum, alias concordia in discordiam mutaretur.

88) Creaturae] *haec inscriptio a* Reb. *abest.*

89) Exiuit D. Lutherus] Reb.: Mart. L. exiuit — *His verbis ap.* Reb. fol. 148a lin. antepenult. — fol. 148b lin. 12 med. *proxime praecedunt verba:* Tenebat in manu sua rapam — — bellaria magnificiunt, *quae in* Cod. *inferius* fol. 496a lin. 5 — 20. *leguntur* (*vide infra* p. 64. *notam* 28.).

90) piscatum ripam et piscinam,] Reb.: ripam, et piscinam, piscatum,

91) *hechte, schmerlen, — — vnnd* ambitio] Reb.: varia genera piscium lupi, Rhombi, etc. Quos in mensa summa laetitia et gratiarum actione ederunt, dixit M. L. ad vxorem: Mi Catharina, tu magis delectaris parte exigua piscium, quam nobilis aliquis qui magnam copiam habet piscium. Ach auaritia et ambitio

92) frui possimus.] *sic* Reb.; Cod. *male*: possumus frui.

93) *Es sitzt mancher* — uidebit impius] Reb.: multi sunt auari versantes in summis dilitijs, et tamen his bonis cum voluptate frui non possunt, recte igitur dicitur, impius non videbit

94) praesentes creaturas possunt] Reb.: creaturas praesentes potest

95) *denn gott — damit,*] Reb.: quia Deus abunde bona nobis largitur.

96) *wans seltzam were — bringet,*] Reb.: nam si essent rarae, essent quoque carae, sed creaturarum amoenitatem non possumus considerare, videte piscium generationem, vbi ex vno pisce mille generantur,

Digitized by Google

hoc fit quod masculus cauda percutit [97]) sperma in aquam, ex qua [98]) foemella concipit. Considerate uolatilia, *wie feine rein gehet dieselbige* generatio *tzu, es hackt die sie* [99]) *ins heupt, leget sein Eyerlein seuberlich ins nest, setzt sich druber, do kucken die Jungen Tirlein heraus.* Videte pullum gallinae, *wie gar stecktes doch in dem Ey.* [100]) si nunquam tale ouum uidissemus [1]) et afferretur [2]) *aus Calekutten, so würden wir vnns alle* ad stuporem *verwundern.* [3]) et omnes philosophi non possunt rationem reddere illarum creaturarum, solus Moses rationem ponit. [4]) Dixit et facta sunt, ipse mandauit et [*fol. 494b*] creata sunt, Crescite et multiplicamini, *so gehets fort.* [5])

STRAMEN. *Thut die Öpffel* [6]) *ins stro, so erfrieren sie nicht.* Nam Augustinus dicit: Quid calidius paleis? Econtra dicit: Quid frigidius paleis? Et glacies et nix stramine tecto non liquescunt.

*SCHWADEN.**) Ego persuasus firmissime credo *schwaden* esse *himmelbrodt, so eckel ists, wan man mit dem finger drein naschet, so ists vertorbenn. schwaden samlet man* mane cadente rore *in einem siebe,* non crescit, sed de rore coeli uenit. Est roscidus panis, ut in hymno Prudentij, quando uenit sol, liquescit, et omnes medici appellant manna. *Es wechset auff keinem tzweige oder kraudt, sondern felt im thau,* ut dicitur in textu: Non seminatur, non nascitur, neque crescit, sed de rore coeli uenit. *man schuttelt die reiser, so fellets ab, man kochets wie man wiel.* Manna id est paratum, quasi dicas: *siehe bistu da, finde ich das hie, gleich wie der Coriander* [*fol. 495a*] *vnnd weiss wie der taw.* Manna *ist manna, kranbatvogel ist kranbatvogel.* Aqua *ist wasser. Aber wie kom-*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 180 sq. cap. 3. §. 15.

97) cauda percutit] Reb.: percudit cauda

98) qua] Reb.: quo

99) *die sie* (*i. e.* feminam)] *sic scripsi;* Cod.: *die seke*

100) *wie feine rein gehet — — in dem Ey.*] Reb.: et puram illorum generationem inspicite, gallus gallinae caput ore suo apprehendit, gallina postmodum oua parit, et in nidulo enutrit sua oua, paulo post pulli generantur et procedunt. Vide pullum gallinae, quomodo in ouo sit absconditus,

1) si nunquam tale ouum uidissemus] Reb.: si tale ouum nunquam habuissemus aut vidissemus

2) afferretur,] *sic* Reb.; Cod.: afferetur,

3) *aus Calekutten — verwundern.*] Reb.: ex Calecuth, ad stuporem vsque admiraremur nos,

4) rationem ponit] Reb.: ponit rationem,

5) *so gehets fort.*] Reb.: tunc res procedunt.

6) Stramen. *Thut die Öpffel — — wil keinen tzusatz haben.*] *haec ap.* Reb. *k. l. non leguntur.*

Digitized by Google

men sie hieher? sed uult creare eo in loco, ubi non sunt. Aqua est aqua, sed fluit ex petra. Manna iacebat mane ut ros, et meridie incipiebat liquefieri, dicit Moses. Est autem impatiens tactus, non manet syncerum, *vann die maget drann* etc. Verbum Domini *wil keinen tzusatz haben.* [6])

Masculum et foeminam creauit eos. Hoc dictum non ad hominem tantum, [7]) sed ad alias etiam [8]) creaturas referendum est, ad uolatilia coeli, [9]) pisces maris et [10]) animalia terrae. Sic enim Deus omnibus creaturis matrimonium insculpsit, ut in arboribus, coelo, terra et [11]) lapidibus, est cernere. Inter arbores est mas et foemina, longeque foelicius fruges prouenirent, si iuxta plantarentur [12]) mas et foemina, mas semper extendit ramos ad foeminam, quasi eam amplectens et foemina ramos suos erigit ad marem. Si [13]) coelum est mas, terra foemina, quae a coelo [*fol. 495b*] marito suo foecundatur. Idem [14]) cernitur in gemmis, ut Corallis, Smaragdis. [15]) Est itaque coniugium in omnibus creaturis depictum, etiam in durissimis saxis. Et haec est pulchra amplificatio coniugij. [16]) Quamquam [17]) culpa primi lapsus, *) multa animalia homini noceant. [18]) ut lupi, ursi, serpentes, lacertae, [19]) tamen misericordissimus Deus sic mitigauit nostram poenam ut plura [20]) prosint et seruiant. [21]) Plures enim sunt oues quam lupi, cancri quam scorpiones, pisces [22]) quam serpentes, boues quam leones, uaccae quam ursi, [23]) lepores quam uulpes, anates,

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 140 sq. cap. 2. §. 103. sect. 1.

7) tantum,] Reb.: solum,
8) etiam] Reb.: quidem
9) coeli] *a* Reb. *abest.*
10) maris et] *a* Reb. *absunt.*
11) et] *ap.* Reb. *non legitur.*
12) plantarentur] Reb.: plantaretur,
13) Si] Reb.; Sic
14) Idem] Reb.: Item
15) ut Corallis, Smaragdis.] Reb.: Corallis, Smaragdis, etc.
16) amplificatio coniugij.] *ap.* Reb. II. fol. 149b lin. 1 med. — lin. 15 med. *proxime post haec verba exhibetur locus*: „Cum Mart. Luth. in lecto decumberet — — inseruire non debent.“ *qui in* Cod. fol. 490b lin. 10. — fol. 491a lin. 2. *legitur* (*vide supra* p. 55. *notam* 34.).
17) Quamquam] Reb.: Haec — *Illa vox in* Cod. *subsequitur verba*: amplificatio coniugij, *hoc vero pronomen ap.* Reb. *proxime sequitur verba*: nobis inseruire non debent. (*vide* p. 56. *notam* 44.)
18) noceant,] Reb.: nocent,
19) lacertae,] Reb.: lacertae, etc.
20) nostram poenam, ut plura] Reb.: poenam nostram, vt multo plura
21) seruiant.] Reb.: seruiant, quam obsint,
22) pisces] Reb. *male*: piscentes
23) ursi,] Reb.: vrsae

Digitized by Google

anseres, gallinae quam milui et corui, plus frumenti et segetum quam lolij et urticarum, et id genus alia. Et si quis diligenter expendat, [24]) multo plura inueniet bona et frugi animalia, quam nocentia, maioraque commoda in creaturis quam damna et incommoda. Nemo cogitatione comprehendere potest, quanta nobis beneficia [25]) conferant quatuor elementa, terra producendo [*fol. 496*[a]] arbores, ligna, animalia, metalla, flumina, fontes, frumenta, olera, lanam. [26]) Et quis potest omnia enarrare, Ita ignis calefaciendo, coquendo, fouendo. [27])

Rapam plenam succis in manu tenens dicebat: [28]) ***die lieben Aldtveter mussen gesunde leutte sein gewesen,*** [29]) qui uiuebant de terrae nascentibus et radicibus, ***haben essen vnnd Trincken daran gehabet. Ich gleube, das ihm Adam nicht gewunscht hette ein rephun,*** [30]) sed fructus tamen [31]) fuerunt magis delicati. [32]) Ego olim legens S. patres uixisse de radicibus, putabam eos arborum radices [33]) comedisse. Magnitudo [34]) et uarietas donorum [35]) Dei nos obruit et assiduitate omnia uilescunt, etiam maxima nihili aestimantur, minina uero aestimantur. [36]) ***Es geschicht vnnserm herrn gott*** sicut parentibus, [37]) quorum liberi quotidianum uictum nihil aestimant pro pretio, sed poma, pira et bellaria magnifaciunt etc. [38])

[*fol. 496*[b]] Anno 38. 6. Septemb. *) Filioli Lutheri stabant

---

*) ***Conf.*** Luth. colloq. germ. I. p. 181 sqq. cap. 3. §. 17.

24) expendat.] Reb.: expendet,
25) nobis beneficia] Reb.: beneficia nobis
26) animalia, metalla, flumina, fontes, frumenta, olera, lanam.] Reb.: metalla, animalia, frumenta, olera, lanam, flumina, fontes.
27) fouendo.] Reb.: etc.
28) Rapam plenam succis — dicebat:] Reb.: Tenebat in manu sua rapam plenam succo, dicens, — ***Sectio ab his verbis ordiens, quae finitur verbis:*** et bellaria magnifaciunt etc., ***in*** Cod. ***h. l., scil.*** fol. 496[a] lin. 5—20., ***ap.*** Reb. ***autem superiori loco,*** fol. 148[a] lin. antepenult. — fol. 148[b] lin. 12 med. ***legitur.*** (***conf. supra*** p. 61. nota 89.).
29) ***die lieben A. — gewesen,*** Reb.: Patres seniores sanos fuisse homines non est dubium,
30) ***haben essen — rephun,*** Reb.: commenderunt (***typ. err. pro:*** comederunt) et biberunt de radicibus et credo perfecto (***typ. err. pro:*** profecto) Adamum nullam sibi perdicem in cibum optasse,
31) tamen] Reb.: illi
32) delicati] Reb.: deliciae.
33) arborum radices] Reb.: radices arborum
34) Magnitudo] Reb.: sed magnitudo
35) donorum] Reb. ***male:*** deorum
36) minima uero aestimantur.] ***a*** Reb. ***absunt.***
37) ***Es geschicht*** — parentibus,] Reb.: Domino Deo nostro fieri solet, sicut bonis parentibus,
38) et bellaria magnifaciunt etc.] Reb.: bellaria magnifaciunt.

Digitized by Google

ante mensam intentis oculis poma persica [39]) intuentes. Videns D. Martinus Lutherus dicebat: Si quis uult uidere imaginem spe gaudentis, *der hat hie ein* Contrafactur. *Ach dass wir den Jungsten tag so frolich in hoffnung konten ansehen.* [40]) Deinde recitauit uirtutem pomi persici, [41]) quod optimus esset fructus, uicinus succo uini, [42]) *Es sein grosse weinberen.* In Persia *mussens schöne pfirsken sein, dass in vnnsern landen diese wie die schalen dargegen sein.* [43]) Quis potest creaturarum naturas perspicere? *Adam vnnd Eua werden schön obst gehabet haben, vnnser sein eittel holtzapfel dargegen.* [44]) sicut omnes [45]) creaturae et animalia contraria [46]) sunt. Quid putatis de serpente, *die mit der Eua als mit der schönsten Creatur wirdt geschertzt haben, ihr aus der schoss gessen auffs freundtlichste*, [47]) quia textus dicit, quod serpens fuit [48]) callidior omnibus alijs animalibus. [49]) Ideo illud animal fuit prae caeteris [50]) iucundissimum, sicut adhuc illius corona et lingua trisulca indicat, sed post maledictionem amisit pedes et corpus, et terram comedere cogitur. Illo tempore Adae, serpens fuit pulchrior omnibus animalibus, *dardurch solte der Teuffel seine kunst ausrichten, wie er sich dann altzeit gerne schmucket, dann das tzu sunden reitzen sol, muss schöne sein.* [51]) Haeresin, auaritiam, scortationem, ebrietatem, superbiam, non prouocat homo idiota, aut aurena, aut deformis ancilla, aut aqua, aut saccus, *sondern es gehoret dartzu eine*

---

39) stabant ante mensam intentis oculis poma persica] Reb.: ante mensam stabant poma persica intentis oculis
40) *der hat hie — ansehen.*] Reb.: huic contrafactura proposita est, vtinam diem nouissimum tanta in hilaritate et spe bona inspicere possemus.
41) uirtutem pomi persici,] Reb.: pomi persici virtutem,
42) uicinus succo uini,] Reb.: succo vini vicinus,
43) *Es sein grosse — dargegen sein.*] Reb.: magnae sunt vuae. In Persia maiora poma persica esse, quam in nostra regione, credo, nos enim paria admodum persica poma habemus,
44) *Adam vnnd E. — dargegen.*] Reb.: Adamus et Eua pulcherrima poma habuerunt, nos modo syluestria habemus poma,
45) omnes] Reb.: omnis
46) contraria] Reb.: contrariae
47) *die mit der E. — freundtlichste,*] Reb.: qui tanquam pulcherrima creatura cum Eua iocauerit ex sinu Euae absque timore comederit,
48) fuit] Reb.: fuerit
49) animalibus.] Reb.: animantibus,
50) fuit prae caeteris] Reb.: prae caeteris fuit
51) *dardurch solte — schöne sein.*] Reb.: per serpentem enim Sathan suam perficere deberet artem et fallaciam, ipse enim Diabolus semper delectatur pulchritudine et ornatu, et hae res quae hominem ad peccandum alliciant, pulchritudinem requirunt.

Digitized by Google

glatte tzunge, gutte nobel gulden vnnd thaler, schöne metze, susser wein, schöner sammet. [52]) Ita Sathan semper hominem solicitat [53]) ad peccandum mundissimis creaturis. *Ach das* QVARE in paradiso *ist ein greulicher* affectus. [54]) Non est quare interiectionis partis, sed potius impulsus et impetus, quasi Eua ad serpentem summo applausu diceret: [55]) *Ey meinstu wie?* [56]) Ita ut affectu [*fol. 497b*] et pronuntiatione summam appetitionem indicauerit, [57]) *wie gram bin ich dem αὐχῆ.* [58]) *Es ist ein greulicher* affectus, *das αὐχῆ* [58]) *hat das vnnglück angerichtet,* [59]) ut Adam et Eua, qui habuerunt corpora formosissima [60]) sine concupiscentia, membraque clarissima deformata sint. Oculi eorum per multa miliaria exactissime conspexerunt, aures lenissime perceperunt, *itzundt haben vnnser Augen den star.* [61]) Ibi Adam bono consilio et arbitrio praesumpto accessit ad Euam [62]) sine pollutionibus, et libidinis ustione, ipsaque Eua [63]) facillime concepisset et peperisset sine dolore. Nunc [64]) omnia sunt deformata. Videte [65]) quaeso corpora puerorum, quae sunt puriora et synceriora, quae aliquo modo adhuc Adae ueterem formam referunt. *Augen, Ohren, alle glieder sindt schöner, der dreck stincket nicht so hartte von ihn als von den alten.* [66]) Ita ut in iuuentute omnia membra sint puriora et efficaciora. In hac miseria, nostra consolatio [*fol. 498a*] est, restare aliam [67]) uitam. Maior pars hominum [68]) moritur, antequam rationem consequitur, [69]) plures moriuntur impatres et immatres, tanta

---

52) *sondern es geh. — sammet.*] Reb.: sed lingua leuis, optimi coronati thaleri, et meretrices, vina dulcia, et serica vestimenta requiruntur.
53) hominem solicitat] Reb.: solicitat hominem
54) *Ach das* — affectus.] Reb.: Ach vocabulum hoc quare, foedissimus est, valde odi hoc verbum *αὔχη*, quia est horribilis affectus,
55) ad serpentem summo applausu diceret:] Reb.: summo applausu diceret ad serpentem,
56) *Ey meinstu wie?*] Reb.: Ey putasne? quomodo.
57) summam appet. indicauerit,] Reb.: Eua summam appetitionem indicauit,
58) *αὐχῆ* (*i. e.* superbia)] *sic scripsi;* Cod. *utroque loco*: *ἀυχὴ* ν.ρ.ſτ.
59) *wie gram — angerichtet,*] Reb.: *ἄυκη* hoc verbum nihil boni effecit,
60) corpora formos.] Reb.: formosissima corpora
61) *itzundt — star.*] Reb.: oculi nostri modo sunt obcaecati.
62) accessit ad Euam] Reb.: accessisset suam Euam
63) Eua] *a* Reb. *h. l. abest.*
64) Nunc] Reb.: Nunc vero
65) Videte] Reb.: Considerate
66) synceriora, quae — — *von den alten.*] Reb.: synceriora senum, referentia aliquam formam Adae integri oculi, aures, omnia membra pulchriora sunt, purgatio ventris illorum non adeo male olet, sicut merda senum,
67) restare aliam] Reb.: aliam restare
68) pars hominum] Reb.: hominum pars
69) rat. consequitur,] Reb.: consequitur rationem,

Digitized by Google

la[t] mortalitas, *darumb muss vnnser herrgott was grosses in* 2[*n*]*en haben* [70]) in tanta mutatione resurrectionis mortuorum, [gl]i credimus [71]) nouum coelum et nouam terram. *Es ist der* [v]*rnunfft ein scheutzlicher artickel tzu gleuben,* [72]) sicut omnia [o]pera Dei [73]) rationi sunt contraria.

Aristoteles de naturis animalium plane nihil potest dice-[re.] [74]) Summa: Deus in creaturis, est incomprehensibilis, [q]palpabilis [75]) tamen in suo uerbo, *wiewol ers nicht machet,* [s]*ie wir wollen,* [76]) quia ipse non seruat nostram Geometriam. [I]facie hominis, *hat er das scheisshauss in die mitten gesetzt.* [H]*ette nur ein auge gemacht an die stirne,* aurem unam [77]) latus, et nasum in alterum latus. Sed Deus aliter fecit, [n] potest ex puluere et stercore [*fol. 498*[b]] optima corpo-[ra] [78]) componere, *vnnd setzt die schönsten klaresten augen alle thir.* [79])

Vesperi D. Martinus [80]) uidit auiculam in arbore residen-[tem,] *) et pernoctaturam, dixit: Illa auis [81]) iam habuit suam [m]ansionem hic pernoctatura securissime, [82]) nihil sollicita de cra-[stino,] aut domicilio, [83]) sed ut Dauid inquit, in protectione [al]ei coeli commoratur, *er sitzet auff seinem tzweiglein tzufrie-[den], lest gott sorgen.* Ah si [84]) lapsus Adae non omnia cor-rupisset, quam egregia et diuina creatura fuisset homo, quanta cognitione et sapientia praeditus, extra omnem calamitatem, beatissime uixisset, et deinde sine omni gustu mortis transmu-tatus deposuisset corpus animale. Omnes [85]) creaturae fu-issent ei iucundissimae, omnium rerum fuisset iucundissima uicissitudo, sicut adhuc in hac miserrima uita in multis crea-turis depinxit resurrectionem mortuorum. [86])

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 183 sq. cap. 3. §. 18.

70) *darumb muss — haben*] Reb.: ideo Deus aliud efficere conatur,
71) credimus] Reb.: quaerimus
72) *Es ist — gleuben,*] Reb.: ratio hunc Articulum credere non potest,
73) opera Dei] Reb.: Dei opera
74) dicere.] Reb.: disserere de hac notitia.
75) palpabilis] Reb. *typ. err.:* pulpabilis
76) *wiewol ers — wollen.*] Reb.: etsi nostram voluntatem non implet,
77) *hat er das* — aurem unam] Reb.: cloacam in medium posuit, ego vnum tantum oculum in frontem posuissem, vnam aurem
78) corpora] *a* Reb. *abest.*
79) *vnnd setzt — thir.*] Reb.: et oculos pulcherrimos dedit animalibus.
80) D. Martinus] Reb.: D. Mart. Luth.
81) Illa auis] Reb.: Auis illa
82) hic pernoctatura securissime,] Reb.: securissime hic pernoctatura,
83) domicilio,] Reb.: domicilio proprio,
84) *er sitzet* — Ah si] Reb.: in ramo sedet cum tranquillitate et pace, et Deo curam commendat, si
85) Omnes] Reb.: et omnes
86) depinxit resurr. mort.] Reb.: mortuorum resurrectionem depinxit.

Digitized by Google

Doctor Martinus Luther sua uina *) gustabat, [*fol. 499a*] seruanda ad nuptias. *Man sol den gesten einen gutten trunck geben, dass sie frolich werden.* Nam [87]) ut scriptura dicit, Panis confirmat cor hominis, uinum uero laetificat. Deinde interrogabat Anglum, [88]) quomodo uellet inferre uinum in cellam, *nicht einschroten noch giessen.* Respondit: *man sol most einschroten, darnach wirdt wol wein daraus.* [89]) Est Magia [90]) physica et naturalis. Deinde interrogauit, quae essent latissimae aquae in quibuslibet regionibus. Respondit: Niues, pluuia et [91]) ros, *das wasser gehet vber das gantze landt,* [92]) sine terminis etiam in montibus. Altissimi [93]) montes perpetuis niuibus teguntur, quia sunt in media regione aeris, quae est inhabitabilis excepto Sathana, qui est *κοσμοκράτωρ,* [94]) ut Paulus eum appellat etc. [95])

D. M. Lutherus casu fregit [96]) uitrum lucidissimum **) cum uino dicens: *das ist dahinn.* [*fol. 499b*] Est uas fragile, et dixit magnam esse superstitionem in mundo, *dass die leutte lieber sehen, dass man wein dann das saltz verschutte, man kan nu aber noch also helffen, dass noch leidtlicher ist, wan man den wein verschuttet oder wegniempt, dann man ohne das geleben kan. wenn man aber brodt vnnd saltz verschuttet vnnd den leutten entziehet, da wils muhe vnd arbeit gewinnen, da begunnet man sauer tzu sehen, das viel allererst argk werden.* [96])

D. M. Lutherus [97]) habens rosam in manu, ***) miratus est eam, ut Dei insigne opificium, *wann das ein menseh vermöchte,*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 184. cap. 3. §. 19.
**) *Conf.* ibid. I. p. 185. cap. 3. §. 20.
***) *Conf.* ibid. I. p. 185. cap. 3. §. 21.

87) *Man sol den gesten* — Nam] Reb.: conuiuis optimus potus, quo possunt habere animum hilarem, proponi debet,
88) Anglum,] Reb.: D. Antonium Anglum,
89) uellet inferre uinum — *daraus.*] Reb.: in suo cellario per integrum annum vinum ad suum inferre velit, nec vinum immittere, vel infundere? Respon. Mustum est infundendum, quod in vinum mutatur.
90) Magia] Reb.: magna
91) et] *a* Reb. *abest.*
92) *das wasser — landt,*] Reb.: aqua enim totam mundat terram,
93) Altissimi] Reb.: immo altissimi
94) *κοσμοκράνωρ,*] *sic scripsi* (= Ephes. 6, 12.), Cod.: *κοσμοκρατηρ,* Reb.: *κοσμοκρατής,*
95) eum appellat etc.] Reb.: eum Ephess. quarto (*pro*: sexto) appellat.
96) D. M. Lutherus casu fregit] *sectio ab his verbis ordiens et verbis „allererst argk werden" terminata, quae in* Cod. fol. 499a lin. penult. — fol. 499b lin. 11. *legitur, ap.* Reb. *h. l. non invenitur.*
97) D. M. Lutherus] *hoc nomen a* Reb. *abest.*

Digitized by Google

das er ein einige rosen machen könde, so solte man ihm ein keyserthumb schencken. [98]) Sed Dei innumerabilia [98a]) dona propter assiduitatem nihil aestimantur. Videmus, quod Deus dat liberos omnibus hominibus fructum uentris similem parentibus, *do sol ein pauer drei, vier* [*fol. 500a*] *söne haben ihm ehnlich, als weren sie ihm aus den augen geschnitten.* [99]) Haec omnia contemnuntur assiduitate. [100]) Non est paruum etiam apud gentiles filios nasci similes parentibus. [1]) Sicut Dido ad Aeneam dixit: [2]) si mihi paruulus Aeneas luderet in aula, qui te tantum ore referret. Et Graeci in suis maledictionibus hoc posuerunt, [3]) *dass einem seine kinder nicht solten ehnlich werden.* [4])

CONSILIVM MAGISTRI PHILIPPI MELANTHONIS DE MANDATO CONCILIO CONGREGANDO PER LEGATOS ROMANOS INDICTO PRINCIPI ELECTORI. 90)**)

So viel als 91) *ichs verstehe, halte ichs darfur, das sichs nicht anders getziemen oder leiden wiel, denn das man sich erpiette tzu compariren* cum asseueratione, 92) *vnnd doch protestire, das man sich nicht itzunder darein* 93) *verpflichte, wie im andern Artickel gesucht wirdt. Dann solten wir das*

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 316 sq. cap. 54. §. 1. sect. 1. 2.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 343 sq. cap. 54. §. 31.
90) Consilium M. Phil. Mel. — Electori.] *hoc consilium* Mel. *medio Iunio a.* 1533. *scriptum legitur quoque in* Corp. Reformat. Vol. II. p. 655 sq., *quocum* Codicis *verba h. l. contuli.*
91) *als*] *a* Corp. Ref. *l. l. abest.*
92) c. asseueratione] Corp. Ref.: c. asseueratione etc.
93) *nicht itzunder darein*] Corp. Ref.: *jetzund darein nicht*

Digitized by Google

Concilium *abschlagen, so musten wir doch in der far sein, da wir sonst inne sein, vnnd werden andere nation noch mer wider vns verbittert,* [94]) *als* [*fol. 507*[a]] *die wir scheuen das* Concilium. [95]) Item *hindern das gutte, das andere* nationes *dardurch hoffenn. Dan alle* nationes *stehen* [96]) *itzundt auff diesen teil.* Item *so der bapst sein vorteil mercken wirdt, macht* [97]) *er doch ein* Concilium *vnnd citirt vnns. den so were es dieser lehre viel vnruhmlicher, wann wir dan die Cognition scheuen wurden, vnnd so man dan compariren muste, ists besser, man erbitte sich itzunder dartzu, vnnd so ihr* [98]) *tzum* Concilio *kommet, kan man einen leidtlichen process vnnd verhör erlangen, wie es* [99]) *tzugesaget ist, dass es* liberum *sein sol, so ists gut, kan man das nicht erlangen, so hat es bessere entschuldigung. Man mag auch vrsach antzeigen, warumb man sich weger tzuueerpflichten. Dan der bapst saget, er wolle ein* Concilium *halten nach gewonheit der kirchen bis anher gehalten. Nu ist die gewonheit, so itzt gehalten wirdt, viel anders dann wie es in den alten* Concilijs [*fol. 507*[b]] *gehalten ist. Dann in den alten* Concilijs *hat man mussen aus gottes wordt richten, wie tzu sehen ist* Actor. 15. *vnnd sonst in* Actis *der folgenden löblichen Concilien. Aber hernach vntter dem bapstumb haben sie viel ein andere weis gehalten, richten nach ihren eigenen* constitutionibus *vnnd eigner gewalt, wie oeffendtlich* [100]) *ist. Nu weiss man, das wir* constitutiones, [1]) *so wider gottes wordt sint, anfechten. darumb kan diese sache nicht aus den* Constitutionibus *geurteilt werden, dieweil die gegenteil ruhmet* [2]) *ihre lehre vnd* Constitutiones *sindt* [3]) *recht vnnd gegrundet in gottes wordt.* Item *diese* exercitatio [4]) *der verpflichtung ist neue vnnd wirdt hie gebraucht alleine tzu* [5]) *verhinderung des* Concilij, *tzuuerursachen, dass sie das* Concilium *wegern. Zu letzt halt ich, soltte gut sein, das man kai. Mai. mit fleiss vermanet, dass sie*

---

94) *verbittert,*] Corp. Ref.: *erbittert,*
95) *scheuen, das* Conc.] Corp. Ref.: *das* Concilium *scheuen,*
96) *stehen*] Corp. Ref.: *sehen*
97) *macht*] Corp. Ref.: *so macht*
98) *so ihr*] Corp. Ref.: *so es*
99) *es*] *a* Corp. Ref. *abest.*
100) *oeffendtlich*] Corp. Ref. *in textu: offenbarlich*
1) constitutiones] Corp. Ref.: *die* Constitutiones
2) *dieweil die gegenteil ruhmet*] Corp. Ref. *n textu: sondern muss aus Gottes Wort geurtheilt werden, dieweil der Gegentheil rühmen,*
3) *sindt*] Corp. Ref.: *seyen*
4) exercitatio] Corp. Ref. *in textu:* exactio
5) *tzu*] *a* Corp. Ref. *aptius abest.*

Digitized by Google

wolde [6]) *bedencken, wie im reiche bewogen* [*fol. 508*[a]] *wer ein frei* Concilium *tzu halten, das auch die hohe nodtder gantzen Christenheit erfordert,* [7]) *darumb seine maiestat die sache dahin erbeitten* [8]) *wolde, das die hendel ordentlich vnnd nach nodtturfft verhöret wurden, so er anders etwas* [9]) *guttes tzu schaffen gedenckt.*

RESPONSVM DVCIS SAXONIAE ELECTORIS AD LEGATOS. [10])

Cum nuper nobiscum essetis in oppido nostro Wittenberga, [11]) postquam nobis deliberata quaedam Romani pontificis Clementis, et inuictissimi Imperatoris Caroli Quinti, Caesaris Augusti, Domini nostri clementissimi [12]) de Concilio exposuistis, et nuntius pontificis [13]) exhibuit nobis quosdam articulos de Concilio scriptos, respondimus uobis nos collocuturos esse hac de re cum Principibus, [14]) Comitibus ac ciuitatibus nobiscum sentientibus de religione, ut idem uobis communiter respondere possimus, [15]) quia breui una conuenturi [*fol. 508*[b]] essemus, feria 4. post Diem S. Ioannis Baptistae, in oppido Schmalkalden, [16]) et ostendimus nos aut per nuntios aut

---

6) *wolde*] Corp. Ref.: *wolle*
7) *erfordert,*] Corp. Ref.: *fordert,*
8) *erbeitten*] Corp. Ref.: *bearbeiten*
9) *etwas*] Corp. Ref.: *viel*
10) Responsum Ducis Sax. El. ad Leg.] *hoc responsum, pluribus tamen locis ab hocce latino diversum, latine legitur in* Melanthonis Operibus Wittebergae ap. Craton. editis P. IV. p. 766 — 771. *sic inscriptum:* Responsum eiusdem Electoris Saxoniae et coniunctorum Principum, Comitum, Ciuitatum, datum Caesareae Maiestatis Oratori et Romani Pontificis Nuncio, *quod in linguam vernaculam translatum reperitur in* Walchii Edilione Operum Lutheri Vol. XVI. p. 2281 — 2291. *cum hac inscriptione: Der protestirenden Stände gemeinschaftliche endliche Antwort an die Käys. vnd Päbstl. Geschickten auf derselben Werbung, zu Schmalkalden ihnen schriftlich zugestellet,* d. vltimo Iunii 1533.
11) Cum nuper — Wittenberga] Mel. Opp. *l. l.:* Salutem plurimam et officia nostra Magnifice et Reuerende in Domino, amice singularis, et Domini obseruandi. Cum nuper nobiscum die secundo Iunij essetis in oppido nostro Vuimaria in Turingia,
12) Romani pontificis Clementis (*scil.* Clem. VII.) et — nostri clementissimi] Mel. Opp. *l. l.:* inuictissimi Imperatoris Caroli Quinti Caesaris Augusti, Domini nostri Clementissimi, et Romani Pontificis Clementis
13) pontificis] Mel. Opp.: Pontificius
14) hac de re cum Princ.] Mel. Opp.: de hac re cum alijs Principibus
15) uobis comm. resp. possimus,] Mel. Opp.: communiter uobis resp. possemus,
16) Schmalkalden] *sic scripsi,* Cod. *calami err.*: Schmalkollen, Mel. Opp.: Smalcaldia

Digitized by Google

per literas responsum nostrum uobis significaturos esse. Itaque postquam uestros articulos et enarrationem [17]) uestram exposuimus his qui nobiscum coniuncti sunt, conuenimus inter nos de responso in hanc sententiam, omnes, id quod testabuntur scriptiones nominum nostrorum et sigilla tum nostra tum nuntiorum, [18]) ac significamus uobis, Primum nos cum debita reuerentia gratias agere Inuictissimo Imperatori Carolo, Caesari Augusto, Domino nostro clementissimo, quod, quemadmodum non dubitamus, summa pietate et [19]) studio erga religionem Christianam, cum Romano pontifice [20]) de concilio egerit ad illustrandum gloriam Christi et ad constituendam [21]) concordiam et salutem Ecclesiae. Neque enim dubitamus, quin hoc ex animo perficere optimus Imperator cupiat. Orabimus etiam Deum, ut adiuuet hanc ipsius uoluntatem, ne curam perficiendae rei [22]) maximae atque utilissimae uniuerso generi humano abijciat, sed ut urgeat propositum, efficiatque rite haberi concilium, ut [*fol. 509*[a]] Euangelij gloria inclarescat, abolitis impijs opinionibus et impijs cultibus, et sanentur ambigentes conscientiae, et uera pietas aliaeque uirtutes dignae Christianis efflorescant. [23]) Ac nos quidem, quemadmodum et [24]) Wimariae uobis commemorauimus, maxime [25]) expetimus nobis [26]) synodum, in qua rite et ordine cognoscantur [27]) controuersiae. Neque dubitamus, quin huiusmodi synodum omnes aliae nationes, omnes ordines, denique [28]) omnes piae mentes ubique gentium expetant. Non enim obscurum est multas [29]) conscientias ubique exerceri non leuibus incommodis, quibus non potest aliter medicina fieri, nisi in tali synodo. [30]) Quare nos nullo modo gentium [31])

---

17) enarrationem] Mel. Opp.: narrationem
18) omnes, id quod — nuntiorum,] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
19) et] Mel. Opp.: ac
20) cum Rom. pontifice] *a* Mel. Opp. *absunt.*
21) constituendam] Mel. Opp.: construendam
22) rei] Mel. Opp.: huius rei
23) efflorescant.] Mel. Opp.: reflorescant.
24) quemadmodum et] Mel. Opp.: quemadmodum nos Elector Saxoniae, etiam
25) commemorauimus, maxime] *sic* Mel. Opp.; Cod.: commemorauerimus maximae
26) nobis] *a* Mel. Opp. *abest.*
27) cognoscantur] Mel. Opp.: ex uerbo Dei cognoscantur
28) denique] Cod. *calami err.:* dineque
29) multas] Mel. Opp.: multorum
30) in tali synodo.] Mel. Opp.: in tali libera Synodo.
31) gentium] Mel. Opp.: aliarum gentium liberum Concilium perpetuo suspirantium

Digitized by Google

uoluntati ac uotis, quantum in nobis est, aduersari uelimus, sed magis tam [32]) pia studia, quibus possumus modis adiuuare cupimus. Ac bona in spe sumus, si rite cognoscerentur [33]) controuersiae, Deum pro sua clementia erga Ecclesiam non defuturum rectis consilijs, sed patefacta ueritate redacturum esse Ecclesiam in concordiam piam et durabilem, et salutarem humano generi. Ac spem quidem talis concilij diu iam ostendit Inuictissimus [*fol. 509*b] Imperator Carolus Caesar Augustus Dominus noster Clementissimus. [34]) Nam in aliquot conuentibus imperialibus grauissimae deliberationes de concilio [35]) habitae sunt, quarum hic necessario mentio facienda est. Etenim postquam extiterunt hae controuersiae, [36]) et reprehensi sunt errores quidam et abusus, quorum emendatio necessaria [37]) est uniuersae Ecclesiae. Quamquam Leo Decimus pontifex damnauit hoc doctrinae genus, in quo reprehendebantur illi errores et abusus, tamen cum nos semper opposuerimus [38]) illi iudicio et damnationi manifestam authoritatem Propheticae et Apostolicae scripturae, uisum est opus esse synodo, in qua haec negotia diligenter [39]) cognoscerentur, et bona dicta [40]) conseruarentur. Haec enim uerba cuiusdam decreti sunt. Nec [41]) id nobis tantum, sed omnibus Electoribus ac alijs principibus placuit, [42]) praesertim cum uiderent et ipsi manifestos quosdam errores atque abusus in Ecclesia haerere, quorum emendatio necessaria esset, et intelligerent flagitari emendationem [*fol. 510*a] earum rerum, quae conscientijs officiunt. Et quia pontificis [43]) damnatio intercesserat, diserte in illis deliberationibus de concilio, hic articulus disputatus est, ut synodus libera aut [44]) Christiana aut generalis aut nationalis in Germania haberetur. Est-

---

32) tam] *a* Mel. Opp. *abest.*
33) cognoscerentur] Mel. Opp.: cognoscantur
34) Caesar Augustus D. n. Clem.] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
35) de concilio] Mel. Opp.: de Concilio libero et generali, in Germania cogendo, atque habendo,
36) postquam extiterunt haec controuersiae,] Mel. Opp.: postquam ex negocio indulgentiarum parum uerecunde tractato, hae controuersiae de religione exortae sunt,
37) necessaria] Mel. Opp.: pernecessaria
38) opposuerimus] Mel. Opp.: opponeremus
39) diligenter] Mel. Opp.: diligentius
40) dicta] Mel. Opp.: electa
41) Nec] Mel. Opp.: Neque
42) et al. principibus placuit,] Mel. Opp.: et alijs Principibus et ordinibus placuit, ut testantur eorum Decreta.
43) pontificis] Mel. Opp.: Pontifica
44) aut] Mel. Opp.: et

Digitized by Google

que ideo diserte positum, ut haberetur Christiana et libera synodus, ne praeiudicio authoritatis pontificiae praegrauaretur. [45]) Deinde ut res non ex nouis [46]) constitutionibus pontificum aut opinionibus scholasticis, quas nostri oppugnassent, sed ex sacris literis (id quod et ipsi canones praecipiunt) [47]) iudicaretur. Etenim si pontificis [48]) authoritas praeferretur scripturis et pijs sententijs synodi, [49]) neque conscientijs hominum, neque ullis alijs incommodis Ecclesiae ullius partis satis consuli posse uidebatur. [50]) Extant enim exempla superiorum aliquot synodorum. [51]) Denique maximis de causis est conclusum, ut haberetur [52]) Christiana et libera synodus. Ideoque [53]) 'placuit etiam inuictissimo Imperatori Carolo Domino nostro clementissimo. [54]) Sed articuli papae Clementis [55]) prorsus dissentiunt ab [*fol. 510*[b]] his imperialibus deliberationibus. Etsi enim in primo articulo uocat liberum concilium, tamen aliter [56]) agitur re ipsa, cum primum omnes potentatos [57]) sibi obligare uult, ut habeat uoluntates omnium obnoxias, [58]) ne quis significet, [59]) se contra pontificios abusus [60]) aliquid sentire, aut si quid sentit, ut reliqui, quos habet pontifex iuratos in suam sententiam, opprimant [61]) eum, aut certe tumultus excitent perniciosos Eccle-

45) auth. pontificiae praegrauaretur.] Mel. Opp.: autoritatis cuiusquam praegrauaremur.
46) nouis] *a* Mel. Opp. *abest.*
47) ex sacris lit. (id quod — praecipiunt)] Mel. Opp.: ex ipsis sacris literis, id quod et antiquiores Canones fieri praecipiunt,
48) si pontificis] *sic scripsi;* Cod.: se pontificis, Mel. Opp.: si cuiusquam
49) synodi] *a* Mel. Opp. *abest.*
50) uideòatur.] Mel. Opp.: certum est.
51) aliquot (Cod.: aliquod) synodorum.] Mel. Opp.: aliquot Synodorum, in quibus Reformatio tentata est, quae tamen autoritate Pontificum impedita est.
52) est conclusum, ut haberetur] Mel. Opp.: conclusum est, ut in Germania haberetur
53) Ideoque] Mel. Opp.: Idque
54) Domino n. clem.] *a* Mel. Opp. *absunt.*
55) articuli p. Clementis] Mel. Opp.: articuli P. Clementis, nobis Electori Saxoniae, de habendo Concilio oblati,
56) aliter] Mel. Opp.: aliud
57) potentatos] Mel. Opp.: potentatus
58) ut habeat uoluntates omnium obnoxias,] Mel. Opp.: Si enim liberam Synodum habere uellet, hanc obligationem non requireret, quae ei nihil profutura est, si quid contra eum in libera Synodo, ex uerbo et scripturis Dei decernatur. Nunc cum obligat Principes, certe per speciem et nomen Concilij id facit, suae potentiae stabiliendae causa, uultque habere obnoxias omnium uoluntates.
59) significet,] Cod. *male:* significent,
60) abusus] Mel. Opp.: abusus, et traditiones humanas
61) opprimant] Mel. Opp.: reprimant

Digitized by Google

siae, atque uniuersae Europae. [62]) Quid alij facturi sint, nescimus, sed articulus ipse magis uidetur propositus esse ad deterrendas omnes nationes a concilio, quam ad inuitandas. Quis enim posset [63]) bona conscientia se hoc modo obligare, praesertim cum nondum constet, quo ordine et quomodo res agendae sint. An pontifex [64]) suam authoritatem praeferre recte sentientibus in synodo uelit, sicut antea in superioribus accidit synodis. [65]) An uelit controuersias iudicari ex sacris scripturis, an uero ex sua authoritate et traditionibus receptis sine authoritate scripturae. [66]) Deinde addit restrictionem de libertate, quod sit habiturus synodum more hactenus obseruato. [67])

[*fol. 511*[a]] Nos nihil sentimus aut probamus contrarium ueteribus Catholicis synodis, sed pie ac religiose requirimus ea, quae in ueteribus synodis (quas recepit et approbauit Ecclesia de doctrina Christiana) decreta sunt, sed dissimillimae sunt ueterum synodi recentiores, quae potentiam pontificis et traditionum humanarum authoritatem [68]) supra modum augent. Quare facile iudicari [69]) potest hunc articulum de more hactenus obseruato obscure et odiose positum esse. Quod si hunc sentit esse morem, ut de uoluntate pontificis omnia discernantur et controuersiae iudicentur ex pontificis constitutionibus, neque libera erit synodus, neque utilis ad sanandas ambigentes conscientias [70]) aut ad concordiam Ecclesiae. Proinde Clemens pontifex nondum respondet [71]) uotis Caesa-

62) aut certe tumultus — Europae.] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
63) posset] Mel. Opp.: possit
64) An pontifex] Mel. Opp.: An Pontifex Romanus cum suis obligatis, coniunctis, et secum sentientibus,
65) synodis] *a* Mel. Opp. *abest.*
66) et traditionibus r. s. a. scripturae.] Mel. Opp.: aut traditionibus sine autoritate scripturae subintroductis.
67) obseruato.] Mel. Opp.: seruato.
68) Nos nihil sentimus — — tr. humanarum authoritatem] Mel. Opp.: Nos uero nihil eorum, quae in ueteribus Catholicis Synodis ad uerbi Diuini, et scripturarum sacrarum amussim et Canonem decreta sunt, reijcimus. Sed quod negare nemo potest, dissimillimae sunt ueterum Synodis, nonnullae posteriores, quae potentiam et autoritatem Pontificis, et traditionum humanarum
69) iudicari] *sic scripsi;* Cod.: iudicare, Mel. Opp.: intelligi
70) obscure et odiose positum esse. — camb. onscientias] Mel. Opp.: insidiose positum esse, Ne Synodo concedatur ea libertas, quam in tali causa necessariam, et Principes et ordines iudicauerunt, et res ipsa maxime postulabat. Etenim si more recentium Synodorum res agetur, omnia de uoluntate Pontificis decernenda erunt, et controuersiae iudicandae ex Pontificijs constitutionibus, et humanis traditionibus. Ita neque libera erit Synodus, neque utilis ad sanandas perturbatas atque ambigentes piorum conscientias,
71) Proinde Cl. p. n. respondet] Mel. Opp.: Proinde cum Pontifex Clemens nondum responderit

Digitized by Google

reae Maiestatis et principum flagitantium synodum, cum significet [72]) se nequaquam habiturum liberam [73]) synodum, sed initio in his articulis et authoritatem suam praemunire et obligare sibi principum uoluntates conatur. Oramus autem Caesaream Maiestatem cum debita reuerentia atque obedientia, [74]) ut propter magnitudinem [*fol. 511*[b]] negotij, [75]) in quo Ecclesiae concordia et salus omnium gentium periclitatur. Caesarea Maiestas uelit pro sua pietate prospicere, ut ita habeatur synodus, ut rite atque ordine negotia [76]) cognosci et ex uerbo Dei diiudicari possint, id quod ad officium Caesareae Maiestatis pertinere etiam canones [77]) fatentur, ut curet rem [78]) cognosci atque [79]) iudicari, quandocunque Romanus pontifex ueritati aduersatur. [80]) Omnes gentes erectae sunt in expectationem huius concilij. Omnes optant tandem sanari dubitantes conscientias, et explicari res maximas ad salutem necessarias. Multis enim seculis controuersiae grauiores et de maioribus rebus uix ullae extiterunt quam hoc tempore. Quare si promissio, [81]) postquam diu iam promissa est, non procedit, quales sint futurae offensiones, tacitae in [82]) animis omnium bonorum apud omnes gentes, quae pericula conscientiarum, facile iudicari potest. Ad hoc [83]) periculum est fore, si legitimam cognitionem pontifex defugiat, ut Ecclesia postea in maiores motus incidat. Speramus et [84]) ceteros reges ac potentatus, Dominos et amicos, maxime Electores et principes [85]) [*fol. 512*[a]] Germaniae, quia in tot conuentibus

---

72) et principum fl. s., cum significet (Cod. *male*: significent)] Mel. Opp.: et Principum atque ordinum, liberam Synodum apud Caesaream Maiestatem flagitantium, et significet,
73) habiturum liberam] Mel. Opp.: liberam habiturum
74) conatur. Oramus — obedientia,] Mel. Opp.: conetur, Caesaream Maiestatem cum debita reuerentia atque obedientia oramus,
75) negotij,] Mel. Opp.: huius negocij,
76) negotia] Mel. Opp.: haec negocia
77) canones] Mel. Opp.: iura ipsa
78) ut curet (Cod. *male*: curat) rem] Mel. Opp.: ut Caesar curet rem ex uerbo Dei
79) atque] Mel. Opp.: ac
80) aduersatur.] Mel. Opp.: aduersatur. Ne Papa cum pars sit, simul etiam Iudex sit.
81) hoc tempore. Quare si promissio] Mel. Opp.: hoc tempore, ex abusibus et abominationibus contra Euangelium, Dei gratiam, et Christi gloriam, diu ante nostram aetatem subortis, natae. Quamobrem si cognitio
82) tacitae in] *sic* Mel. Opp.; Cod.: tacite de
83) hoc] Mel. Opp.: haec
84) et] Mel. Opp.: autem
85) amicos, maxime (Cod. *male*: maximae) El. et principes] Mel. Opp.: amico nostros, maximeque Electores, Principes, et ordines

Digitized by Google

liberam et Christianam synodum libere flagitarunt, [86]) et in hanc sententiam tot decreta magno consensu fecerunt, se non obligaturos esse pontifici, quemadmodum in his articulis petitur. [87]) Nam haec obligatio plane nouum exemplum et plenum periculi est, et synodum liberam diu iam flagitant, [88]) et sine libertate non potest res rite cognosci. Et si pontifex Ecclesiae mederi [89]) nollet, hi qui obligati essent simul probare et ad omnem posteritatem confirmare errores atque abusus uiderentur. Quare nos quidem testatum uolumus nos non consentire in duos priores articulos de concilio, quod nobis proposuistis. [90]) Non enim possumus abijcere cum contumelia Christi uerbum [91]) et claram Euangelij doctrinam, etiamsi eam damnarent [92]) pontifex et hi qui ei addicti sunt. Sed si papa Clemens habebit synodum, qualem uolet, obligatam, in qua sua authoritate [93]) omnia gerere uelit, [94]) commendabimus Deo [95]) Ecclesiae causam, qui tamen conseruabit Euangelij ueritatem, quam pollicitus est se defensurum esse aduersus portas inferorum. Ad haec testamur nos uelle comparere per nos uel per [*fol. 512b*] nostros procuratores ad illam synodum, etiamsi pontifex sic indixerit, ac habeat qualem uolet obligatam, si cum sufficienti asseueratione uocati fuerimus, et rationem reddamus confessionis et fidei nostrae, eamque pro necessitate et clarius declaremus et ex claro uerbo Dei tueamur. Non enim detrectamus reddere rationem fidei nostrae ubicunque opus est. Ac precamur Christum, et tamen ita etiam flectat mentes pontificiae partis ad ueritatem et gloriam Euangelij illustrandam, ut recte pronuntient. Verum si tunc aliquid contra uerbum Dei decreuerit synodus pontifici obligata [96]) nouo more, quo minus libere res iudicari

---

86) synodum libere flagitarunt,] Mel. Opp.: Synodum, in Germania habendam, expresse flagitarunt,
87) in his articulis petitur.] Mel. Opp.: in articulis, nobis Electori Saxoniae oblatis, postulatur.
88) et synodum liberam diu iam flagitant,] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
89) Ecclesiae mederi] Mel. Opp.: mederi Ecclesiae
90) in duos priores art. — proposuistis.] Mel. Opp.: in eiusmodi articulos, quos nobis Electori Saxoniae obtulistis.
91) uerbum] Mel. Opp.: ueram
92) damnarent] *sic* Mel. Opp.; Cod.: damnaret
93) autoritate] Cod. *calami err.*: autorite.
94) uelit] Mel. Opp.: uolet,
95) Deo] *sic* Mel. Opp.; Cod. *male:* Dei
96) quam pollicitus est se defensurum esse — — decreuerit synodus pontifici obligata] Mel. Opp.: sicut pollicitus est. Nobis tamen nostrisque integrum, reseruatumque uolumus, etiamsi Pontifici permissum fuerit, Synodum sic indicere, ac habere qualem uolet, obligatam (Quanquam nobis propter spem a

Digitized by Google

possint ex uerbo Dei excusati nos erimus coram Deo et omnibus gentibus, qui neque synodum impedire [97]) uolumus. Et rogamus summo studio, ut ratio ineatur, ut ita synodus [98]) habeatur, ut conscientijs hominum consulatur, [99]) ut gloria Christi illustretur, ut concordia constituatur [100]) Ecclesiae pia et durabilis. Nam si pontifex hoc tantum agit, [1]) ut suam immoderatam potentiam et impias opiniones atque impios cultus, authoritate etiam optimi ac potentissimi Caesaris ac Imperatoris [2]) suffragijs regum, principum ac populorum [*fol. 513*[a]] aliorum muniat ac stabiliat, si sine legitima cognitione pronuntiauerit, nobis quidem haec ratio non uidetur [3]) profutura ad constituendam Ecclesiae concordiam et pacem. Certe pontifice [4]) indigna est, qui conscientijs hominum mederi, gloriam [5]) Christi illustrare debet, et ad ueram pietatem et ad omnia pietatis officia praecipue inuitare homines. Postremo petimus ut R. P. V. et uestra magnificentia [6]) tanquam huius negotij causa missi hoc responsum nostrum ad ea mandata, quae ad nos pertulistis, recipere et pontifici Clementi et inuictissimo Imperatori Carolo Caesari Augusto Domino nostro Clementissimo [7]) exponere pro uestra fide et prudentia uelitis et nostro nomine rogare, ut hanc [8]) commemorationem ne-

---

Caesarea Maiestate, hoc nomine clementer propositam, diuersum persuademus.) Nos nihilominus, si cum constanti, legitima, sufficienti, et inuiolabili assecuratione, in hoc uocati fuerimus, inuenerimusque et perspexerimus, id ipsum, et Dei et Euangelij eius gloriae usui futurum, ad eiusmodi Concilium uel ipsos futuros, uel missuros esse nostros, cum mandatis ad exponenda ea omnia, quaecunque necessitati nostrae Christianae nobis uidebuntur opportuna. Interim uero denuo testantes, nos in Papae Clementis articulos, aut Concilium aliter habendum, quam tot Conuentuum imperialium decretis petitum atque sancitum est, nequaquam consensisse. Caeterum, si tunc Pontifex Romanus, contra uerbum Dei decreuerit aliquid, in Synodo ipsi obligata

97) synodum impedire] Mel. Opp.: impedire Synodum
98) synodus] Mel. Opp.: Synodus libera et Christiana
99) consulatur,] *sic* Mel. Opp.; Cod.: consolatur,
100) illustretur, ut conc. constituatur] Mel. Opp.: ornetur, ut constituatur concordia
1) agit,] Mel. Opp.: aget,
2) potentissimi Caesaris ac Imperatoris] Mel. Opp.: pientissimi Imperatoris
3) haec ratio non uidetur] Mel. Opp.: non uidetur haec ratio
4) pontifice] Mel. Opp.: Pontifice, qui uerum pastorem agat,
5) gloriam] Mel. Opp.: et gloriam
6) Postremo petimus — magnificentia] Mel. Opp.: Quapropter petimus, ut Magnificentia et Reuerentia uestra,
7) et pontifici Clementi—D. nostro Clementissimo] Mel. Opp.: et inuictissimo Imperatori Carolo Caesari Augusto, Domino nostro clementissimo, et Romano Pontifici,
8) uelitis (Cod.: ueletis) et nostro nomine rogare, ut hanc] Mel. Opp.: uelitis, ut Caesarea Maiestas, hanc

Digitized by Google

cessariam nobis boni consulat, quemadmodum speramus Caesaream Maiestatem, potestatem a Deo nobis constitutam, Dominum nostrum Clementissimum accepturum esse clementer, quem uelitis etiam atque etiam iterum atque iterum rogare, [9]) ut concilium tale habeatur, [10]) quale postulat huius causae ac [11]) periculi magnitudo, quale ipsius Maiestas in tot conuentibus clementer promisit liberum uidelicet atque Christianum, ubi controuersiae [*fol. 513*[b]] ex uerbo Dei iudicentur. [12]) Hoc officium et Deo gratum erit, et nulla alia re mereri melius [13]) de omnibus gentibus poterit, neqꝫe quidquam aliud sua magnitudine atque [14]) foelicitate dignius facere poterit, quam ut suam potentiam conferat ad gloriam Christi amplificandam, et ad pacem Ecclesiae constituendam, non ad confirmandam quorundam saeuitiam, qui tot iam annis infinitam exercent crudelitatem in bonos [15]) et innocentes homines propter doctrinam Christi. Et nos offerimus nostra officia omnia, cum debita reuerentia atque obedientia [16]) Caesareae Maiestati, eique nos [17]) cum debita reuerentia [18]) commendamus. Bene ualete. [19])

Reuerendissime pater ac princeps, magnifice Domine. Orator cum Academia nostra intellexisset, uos hoc [20]) iter facturos esse, cuperetque pro publico [21]) more significationem

---

9) accepturum esse clementer — rogare,] Mel. Opp.: benigne facturum esse. Quem iterum atque iterum rogamus,
10) habeatur,] Mel. Opp.: haberi curet,
11) causae ac] *sic scripsi;* Cod.: causa ac, Mel. Opp.: causae et
12) quale ipsius Maiestas — iudicentur.] Mel. Opp.: ad quale etiam ipsius Maiestas, in tot Conuentibus clementer spem dedit, uidelicet, ut in Germania habeatur libera et Christiana Synodus, in qua controuersiae ex uerbo Dei, sine supectorum, aut aduersariorum malignitate et maleuolentia, arbitratoribus pijs et aequis iudicentur.
13) re mereri melius] Mel. Opp.: re Caesarea Maiestas, melius mereri
14) atque] Mel. Opp.: ac
15) exercent crudelitatem in bonos] *sic scripsi;* Cod.: exercent crudelitatem, bonos, Mel. Opp.: crudelitatem exercent in bonos
16) cum debita reu. atque obedientia] *haec in* Mel. Opp. *h. l. non leguntur.*
17) eique nos] Mel. Opp.: eique nos, ut Domino nostro clementissimo,
18) reuerentia] Mel. Opp.: reuerentia atque obedientia
19) Bene ualete.] Mel. Opp.: Bene ualete. Datum Smalcaldiae, die ultima Mensis Iunij. Anno Domini, 1533.
Caesareae Maiestatis
Subiecti et obedientes Principes.
Ioannes Fridericus Dux Saxoniae Elector. Ernestus Dux Brunsuicensis et Luneburgensis. Philippus Landgrauius Hassiae. Vna cum reliquis Principibus, Comitibus, ac Ciuitatibus, hac in responsione coniunctis.
His nominibus subscriptis finitur hoc responsum in Mel. Opp. Witteb. P. I. pag. 771.
20) hoc] Cod. *calami err.*: hac
21) publico] Cod.: publica

Digitized by Google

aliquam ostendere sui studij erga hospites, praesertim summorum principum legatos, misit nos huc ad dominationem et magnificentiam uestram, ut et bene precaremur uobis, et omnia ipsorum officia uobis polliceremur.

[*Aptissimum mihi videtur, ut hoc loco afferam* M. Lutheri cum Legato Pontificio de Concilio Colloquium, *quod a* Rebenstockio II. fol. 233a lin. 24. — fol. 234b lin. 21. *exhibetur, in* Cod. *autem non invenitur.*

COLLOQVIVM M. L. CVM LEGATO PONTIFICIO a) DE CONCILIO.

Dominica post omnium Sanctorum, b) cum legatus Papae vesperi ante Vitebergam, cum equis 21 et asino vno, ingressus, a praefecto honorifice exceptus, et in arcem vt suum istuc haberet hospitium, perductus erat, tum temporis Mar. Lutherus ad colloquium vocatus fuerat, Lutherus vero mane die solis, tonsorem quam primum accessit, barbamque sibi resecari petijt. Sed cum tonsor venisset, interrogauit Lutherum, Cur tam mane barbam sibi exornari cupiat. Respondet M. Lutherus: Admonitus sum, sancti patris, Papae commissarium seu legatum accedere, illumque alloqui, si ergo meam aetatem, formam iuuenilem proderem, tunc legatus cogitaret: Phui Diabole, si Lutherus, qui senilem aetatem nondum attigit, tanta inter nos dissidia mouerit, quid tandem fiet et quid efficiet, c) si ad perfectam aetatem peruenerit. Et barba rasa, optima sua induebat vestimenta, auream torquem in collum pendebat. Barbitonsor dixit: Domine Doctor, tu eris illis offendiculo. Respondet Mart. Lutherus: Hanc ob causam facio, quia et nos per illos satis offensi sumus, sic enim cum vulpibus et serpentibus agendum. Barbitonsor respondet: Abi in pace, et Dominus sit tecum, vt per te conuertantur. M. Lutherus: Hoc ego non faciam, sed fieri potest, vt bonam a me accipiant correctionem, et dimittantur. Hisce verbis finitis, currum ascendebat, legatum in arce visitabat. Intelligentibus vero illis Martinum Lutherum adesse, quam primum arcem ingredi iussus, et ab illis susceptus est, ipse quoque Lutherus legatum, non tamen honorificis titulis, quemadmodum legati Papae ante annos aliquot excipi solebant, excipiebat, et inter loquendum, de concilio loqui inceperunt. d) Mart. Lutherus Legatum sic allocutus est: Consilium instituere praesumitis, verum rem serio non agitis, sed tantum nos illuditis, esto, concilium instituitis, de rebus tamen inutilibus, de cucullis, de tonsura sacrificulorum, de cibo et potu, (quarum rerum et nos aliquam habemus notitiam, et scimus neminem per opera externa, coram Deo iustificari) tractabitis, verum de fide, vera poenitentia, de iustificatione, et alijs rebus necessarijs, quomodo credentes, in vero spiritu et fide vera, vnanimiter viuere possent, nihil quicquam docebitis, quia nostra doctrina vobis non est grata, praeterea nos per Spiritum sanctum harum rerum certi sumus, ideo concilio nobis non est opus, vos alijque miseri homines, qui e) vestra doctrina impia seducuntur, opus habetis concilio, vestra enim fides irrita et incerta est. Attamen si concilia instituere proposuistis, pergite modo, ego volente Deo, etiamsi combureretis me, apparebo.

---

a) cum Legato Pontificio] *scil.* Petro Paulo Vergerio, *qui d.* 6. Novembr. 1535. *Wittenbergam venerat, conf.* Seckendorfii Hist. Lutheranismi lib. III. sect. 11. §. 34. Ed. 2. p. 94 sqq. *et* Frickii translatio germau. huius operis p. 1429 sqq., *ubi etiam de hoc colloquio disseritur.* — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 332 sq. cap. 54. §. 18.

b) Domin. post omn. Sanctor.] i. e. d. 7. Nov. 1535., *conf.* Pilgrami Calendarium p. 73.

c) efficiet,] Reb. *typ. err.*: efficet,

d) inceperunt.] Reb. *typ. err.*: inciperunt

e) qui] Reb. *male:* quae

Digitized by Google

Legatus: Vbi, in quo loco, in qua ciuitate concilium instituendum sit, modo nobis indica. Respondet Mart. Lutherus: Siue sit Mantuae, siue Paduae, vel Florent. ego susque deque fero. f) Legatus: Vis proficisci Bononiam? Mart. Lutherus: Sub cuius imperio est Bononia? Legatus: Papae. M. Lutherus: Deus bone, rapuit et hanc ciuitatem Papa? bene, veniam istuc ad vos. Legatus: Nec Papa huc Vitebergam ad vos g) venire recusabit. M. Lutherus: Bene, veniat modo, grato illum expectamus animo. Legatus: Expectatisne Papam armata manu, vel absque armis venientem? M. Lutherus: Vt libet, quocunque modo veniat, illum expectabimus et excipiemus. Legatus: Ordinatisne sacrificulos? Mart. Lutherus: Imo ordinamus, Papa enim ordinationem nobis prohibuit, ecce, inquit Lutherus ad legatum, digito monstrabat in Pomeranum, hic sedet Episcopus ordinatus.

Haec et alia plura, et mihi non manifestata, locuti sunt inter se. Verum D. M. Lutherus animi sui voluntatem sententiamque coram illis sine vllo timore in medium depromebat. Legatus autem equum ascendebat, et peregrinari volebat. M. Lutherum sic allocutus est: Vide, vt sis instructus ad concilium. Respondit M. Lutherus: Etiam, Domine, cum isto meo collo et capite.]

PAPA scribit se*) Episcopum Ecclesiae Catholicae, quem titulum nunquam ausus fuit sibi arrogare. [*fol. 514*a] In Concilio Niceno, ubi nullus fuit papa, Ecclesia diuidebatur in tres partes, Aethiopiam, Syriam, quae Antiochiam pertinebat. Tertia pars Roma suburbanarum Ciuitatum. Ita mox post tempora Apostolorum delirarunt, triplicia instituentes Concilia, generalia, prouincialia et dioecesana. 22)

Episcopus Salisburgensis**) conuocatis multis Episcopis *bey 800 personen* in templo, consultaturis de Concilio, ingens fulmen eos fugauit, deinde ex arce, in quam conuenerant, similiter iterum.

D. M. Lutherus et Philippus Melanthon***) coenabant simul gemebantque propter futurum seculum, in quo multi futuri sint Magistri et ingens confusio. Nullus alterius doctrina et authoritate se regi patietur. *Es wirdt ein ider sein* Rabbi *wollen sein*, quales sunt Osiander et Agricola. Hinc maxima orientur scandala et dissipationes, ideo optimum fuisset aliquo Concilio praeuenire, nisi papistae fugitiui adeo lucem metuerent. Tunc Magister Philippus tristis respondit: *Der babst wirdt niemmermehr dartzu bracht* [*fol. 514*b] ad generale concilium, tantum ui et dolo contra nos utitur. Ideo Nicolaus de Schönberg Episcopus summo consilio papam adhortatus dicitur, ut Ecclesiae negotium synceriter tractet, et Germanis aliqua concederet, neque sua authoritate contra Germanos abuteretur. Cum tales essent Germani, qui in negotio iusto et honesto non cederent, neque ui neque dolo superari 22a) possent.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 319. cap. 54. §. 4.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 319 sq. cap. 54. §. 5.
***) *Conf.* ibid. IV. p. 317 sq. cap. 54. §. 1a.
f) fero.] Reb. *typ. err.*: feio.
g) vos] *sic scripsi*; Reb.: nos
22) dioecesana.] Cod. *male*: Diocesaria.
22a) superari] *sic scripsi*; Cod.: superare

Digitized by Google

Sed papa hoc pijssimum consilium contempsit. O utinam nostri principes et status Concilium, et concordiam aliquam doctrinae et caeremoniarum constituerent, ne quilibet sua temeritate erumperet ad multorum scandala, *wie sichs bereit anlest vnnd anhebet.* Miserrima profecto est species Ecclesiae, quae sub tanta infirmitate et scandalis occulta iacet.

D. M. Lutherus legit *) literas Cardinalium et paparum ad Simonem Nauseam praedicatorem Ferdinandi satis supplices, in quibus Nauseam ad concilium congregandum adhortantur, [23]) et Lutheranos quasi impeditores illius accusant. Respondit: Ipsi nolunt concilium, neque congregabunt, nisi nobis deletis. Olim non dignati [*fol. 515ª*] fuissent Cardinales ad tam uilem scribere, quem nunc uenerantur, quia ipsorum conscientia uacillat, *mussen nun betzalen, was sie an dem lieben Christo verschuldet habenn.* O Domine iustus es et rectum iudicium tuum. Sanctificetur nomen tuum et non nostrum.

Anno 38. 24. Augusti **) dicebat D. M. Lutherus, His temporibus non posse fieri concilium, quia papa fugit iudicium, aliquorum etiam immodestia id impedit. Videte, quanta reuerentia et modestia fuit in Concilio Niceno, ubi tota congregatio uni Paphnutio cessit, [24]) qui castitatem concubitus dixit maiorem quam sanctitatem coelibatus. Talia uerba ego nunquam ausus fuissem dicere, scilicet castitatem in concubitu, sed in coniugio dixissem. Attamen Ebrae. 12. thorus immaculatus dicitur. Iam si centum Paphnutij resisterent, cremarentur, quia papa concluderet: nostrum concilium est sancta et Catholica Ecclesia, quae non potest errare nec ulli cedere debet.

[*fol. 515ᵇ*] Anno 38. 22 Decembris ***) afferebatur schedula impressa de prorogatione Concilij ad mensem Maium, in qua impudentissima fuerunt mendacia sub titulo et nomine Dei. Respondit D. M. Lutherus: *Leug dich nicht tzu Tode.* Roma et papa superant sua malitia infinitam eloquentiam, quod nemo credit nisi expertus, *wie helt doch der babst vber der kirchen,* uolens eam aedificare ex accidentibus, scilicet iuxta externam speciem et successionem. Nos autem Ecclesiam ex substantia, scilicet uerbo Dei et sacramentis iudicare uolumus. Esto iam papa concilium glorietur, interim tamen Reges iuramento sibi obligat. Summa. Papa iudicio Dei est praeseruatus. Ideo

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 318. cap. 54. §. 2.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 318 sq. cap. 54. §. 3.
***) *Conf.* ibid. IV. p. 320 sq. cap. 54. §. 6.
23) adhortantur,] Cod.: adhortatur,
24) cessit,] Cod.: cissit,

Digitized by Google

iam iugulatur uerbo Dei. Dux Georgius et alij, Item Rex Angliae papam odit personaliter, sed non realiter. Illi retinent animam papae et tantum corpus occidunt, *das kan der babst wol ausstehen*, post 20 annos sperat iterum suum regnum. Nos autem uerbo Dei animam papae adorimur, corpus illius nihili aestimantes. Non deplumamus eum, sicut Dux Georgius et Rex Angliae. Sed iugulum [*fol. 516*^{a}] eius petimus, *wollen die gans an den spiess stecken, wenn man sie gleich berupfft, so kielet sie balt wider*. Ideo sathan adeo nos odit iugulantes papam. Ita quoque facit Rex Daniae, qui animam papae petit.

Anno 39. 27 Ianuarij *) D. Martinus Lutherus habuit in manibus librum, cuius titulus erat: Liber conciliorum, et inuenit 60 concilia generalia et prouincialia a temporibus Apostolorum, quorum quatuor essent laudatissima. Duo defendentia trinitatem et diuinitatem Christi, ut Nicenum et Constantinopolitanum. Duo humanitatem: Ephesenum et Chalcedonense. In Concilio Niceno nihil scriptum est affuisse unum Romanum Episcopum, tantum unus Ozius Cordubensis Episcopus ex Hispania adfuit. Caeteri Episcopi ex orientalibus Ecclesijs fuerunt, ut ex Graecia minore, Asia, Aegypto, Africa. *Ach lieber herrgott*, Episcoporum synodi nihil aliud sunt quam *φιλονεικία καὶ φιλαρχία*, [25]) ubi de titulis, sessionibus et frigidissimis rebus disceptatio est. Videte [*fol. 516*^{b}] qualia tractata sint in Concilijs 300 annorum tantum de externis, nihil de pietatis doctrina, cultu et fide.

Doctor M. Lutherus **) habens in manu librum Conciliorum magno labore compositum dixit: Totus hic liber uult defendere papam, cum tamen infiniti Canones sint contra papam. Praeterea Concilia non habent ius condendi leges de doctrina Ecclesiae, de fide, de bonis operibus, quae prius sunt tradita et confirmata, sed de externis caeremonijs et moribus habent ius eatenus, ut sint personalia, localia, temporalia. Cessantibus enim locis, personis, temporibus, leges nihil sunt, mortuis his, leges etiam sunt abrogatae, Romanae leges sunt mortuae, quia Roma non est, sed fuit. Iam alius est locus. Ita Conciliorum decreta non sunt, quia nunc aliud est tempus. Ita Paulus de temporalibus dicit Coloss. 2. Ne tetigeritis, ne gustaueritis. Ideo illa decreta temporalia, localia, personalia non alligant [*fol. 517*^{a}] conscientiam. Nam illi haec tria: lo-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 322. cap. 54. §. 7.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 323 sq. cap. 54. §. 8.
25) *φιλονεικία καὶ φιλαρχία*] *sic scripsi*; Cod.: *φιλονικαὶε καὶ φιλαρχία*

Digitized by Google

cus, persona, tempus cessant et mutantur. Ita et illae leges. Tales doctrinae uolunt ex homine mortali facere immortalem, sicut etiam papam uocarunt Deum terrenum, et proprijssime, quia omnes eius leges terram sapiunt, non Coelestia. Magna certe est caecitas, conscientiae fiduciam illis alligare, cum Christus clare dicat: Regnum Dei non uenit cum obseruatione. Illa temporalia, localia, personalia sunt plus politica et oeconomica quam Ecclesiastica. Nicenum Concilium post Apostolorum tempora omnium est iucundissimum et syncerissimum, attamen mox ab Arrianis tempore Constantini infirmatum, ubi Arriani se subscripserunt insidiose, quasi sentirent idem, factusque est tum magnus motus. Ideo oportet haereses esse, ut qui perfecti sint, probentur. Si nobis uiuentibus ueniunt, quid nobis mortuis fiet? Ita et Moses inquit: Quo die coepi uos nosse, semper rebelles fuistis, quid [*fol. 517b*] facietis post mortem meam? Ergo uigilemus et oremus.

Papistae multum gloriantur Concilia, *) cum discordent, nec possint conciliari. Multa contra ipsos papistas acerrime pugnant. Ideo si quis diligenti lectione obseruauerit, inueniet tria tempora conciliorum. Primum tempus conciliorum est a tempore Apostolorum usque ad Gregorium primum, ubi Ecclesia adhuc aliquo modo adhuc fuit pura, etsi multum humani patiebatur, tamen erant adhuc illa tollerabilia. Secundum tempus a Gregorio primo usque ad Carolum Magnum. Tunc papa factus est Dominus spiritualis, induxit uniuersam superstitionem. Tertium tempus a Carolo fuit pestilentissimum, ubi papa utrumque gladium apprehendit, factus est Deus terrenus, et Dominus terrarum. Ideo si obserues tertij temporis Canones, omnia sathanica iudicabis, pro suo arbitrio statuerunt, ut nemo ausus sit contra eos loqui.

[*fol. 518a*] Papa sibi sumpsit autoritatem **) supra concilia condendi articulos fidei, item de bonis operibus et cultibus, quod est impijssimum. Nam articuli fidei praecepta de bonis operibus et cultibus longe ante concilia papae sunt confirmata. Neque opus est propter illa concilium congregare, neque licet. Ideo nunc in meo libro confuto papae sententiam et autoritatem fictam, qui suis concilijs magis ac magis auget cultus, articulos fidei et opera. Est autem haec uera concilij definitio.

CONCILIVM est consistorium et tribunal Ecclesiae, ubi multi Episcopi conueniunt, ut defendant puram doctrinam fi-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 325 sq. cap. 54. §. 12.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 326 sqq. cap. 54. §. 13. 14.

Digitized by Google

dei, et repurgent a nouis haeresibus. Ita multi Episcopi conueniunt ad publicum incendium restinguendum. Ideo non debent Ecclesiam onerare, sed purgare ad castigandos impios. Caeremonias possunt statuere, sed eatenus ut sint liberae. Ita Concilium Nicenum et Ephesinum, quae fere optima fuerunt, nihil statuerunt [*fol. 518*^{b}] de fide et bonis operibus, sed tantum Ecclesiam purgarunt ab impijssima Arrij haeresi, quae erat quasi incendium contra articulum Trinitatis. Ibi sancti Episcopi non primum statuerunt illum articulum de Diuinitate Christi, sed illum longe ante creditum repurgarunt. Si uero aliquae caeremoniae statuuntur ea ratione et fine, ne sint generales et perpetuae, sed liberae tanquam politicae et oeconomicae extra conscientiae captiuitatem, Papistae 12 articulos fidei docuerunt in symbolo et interim infinitos effinxerunt de purgatorio, Missae sacrificio, sanctorum inuocatione. *Also gehet ein Irthumb aus dem andern.* Ideo oportet nos [illegible] iterum reducere ad formam, scilicet uerbum Dei. Quatuor tantum fuerunt Concilia uniuersalia, Nicenum, quod diuinitatem Christi defendit, Constantinopolitanum, quod spiritus sancti diuinitatem defendit, Ephesinum contra Nestorium, Chalcedonense contra Eutychen. [*fol. 519*^{a}] Tripartita Historia [26]) finitur in tertio concilio. In quarto scribitur fuisse 360 Episcopos, ubi quilibet secum accepto proprio notario publice clamauit et scribere iussit suam sententiam, fuitque colloquium sine ordine et sine disciplina, tantum confusus murmur et grunitus suum. Nemo alterum audierunt, sed homines inuidi, irati, affectuosi cum summo scandalo temere eruperunt: Ego sic uolo. Ita secundus, tertius, quartus: Ego sic uolo. Nisi ego illa iam legerem, non crederem. Arbitratus sum in concilijs esse optimum ordinem, ubi principales loquerentur, caeteri audirent, *so ist es wie ein kretzschamer voller pauren.* Sicut et Ioannes Hus conqueritur de inordinato clamore concilij Constantiensis. Fridericus Elector cum in Comitijs Wormatiensibus uidisset inconcinnum scriptum, fertur dixisse: Ego iam facile possum credere, quomodo in Concilijs uota statuantur, nam ipsi friuolas suas querelas [*fol. 519*^{b}] in summis negotijs proferunt. Summa, illorum fastus et superbia non est ex humana imbecillitate, sed est fastus conceptus ex mera impietate.

---

26) *Haec Historia invenitur in* Aurelii Cassiodorii Senatoris Operum Tomo I. *sic inscripta:* Historiae Ecclesiasticae Tripartitae, ex tribus Graecis Auctoribus Sozomeno, Socrate et Theodoreto, ab Epiphanio Scholastico versis, per Cassiodorium Senatorem in Epitomen redactae Libri duodecim.

Digitized by Google

D. M. Lutherus doluit nostros principes in conuentu [27]) Schmalkaldensi recusasse concilium, si consensissent, papa nullam habuisset excusationem. Nunc si processerit, non uocabit nostros, *si waren alda ein wenig tzu klug*, ego omnibus modis suasi. Nunc summa authoritate prorumpere studebunt, *wie der bäbst in seinem Decretal mit seinen tzweien* Cuncta. Et si papa procederet, quibus allegatis me primum prouocauit etc.

Papistae nimium extollunt concilia, *) quatuor illa quatuor Euangelistis compararunt, et istis laudibus fraudulentissimis confirmarunt suam autoritatem, postea se supra concilia collocauerunt, sicut etiam in Concilio Constantiensi decretum est, et re ipsa ostenderunt, *dass das* Concilium *vber den babst wer, darumb haben sie drey bebste abgesetzt* et alium [*fol. 520*ᵃ] elegerunt. Et nostro tempore quidam nomine Philippus Decius ex Italia pulsus est, quia docuerat et disputauerat Concilia esse supra papam. Summa. Liberum et pium concilium nos petimus, *nun gott wirdt wol machen*, illius causa agitur, qui habet abscondita consilia, quae nos ignoramus. Esto non omnia nobis reuelet, *so mus er auch seine gottheit vnnd maiestet vor vns behalten*, quam alioqui affectamus.

Congregatio Norinbergae futura **) plane displicuit D. M. Luthero, ut papistarum dolis et astutijs nos subijceremus, qui nihil minus quam reformationem uolunt, neque nobis licet sine fidei periculo cedere ab illis, quae Augustae et Schmalcaldiae confessi sumus. Et ita propter pacificationem externam deturbamus Ecclesiae nostrae doctrinam. Si Carolus Caesar prouinciale concilium congregaret, aliquid spei feret. Papistae nolunt cedere, et tamen autoritatiue [28]) uolunt assidere. Respondit Philippus: Ita Francofordiae conclusum est magna [*fol. 520*ᵇ] digladiatione, quod si papistae aut Cardinales aduenerint et autoritatiue assidere uoluerint, *dass wir alle daruber wollen auffstehen, dann der babst sol keine* autoritatiuam *alda haben*. At D. M. Lutherus ridebat esse figmentum Episcopi Moguntini. Neque indigemus Concilio propter uerbum, nisi propter externa aliqua, *wir konnen das fasten wol ohn* Concilium *anrichten, den das wiel ich gerne auff dem marchte helffen anrichten*, sed sine legibus conscientiarum. Neque

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 328 sq. cap. 54. §. 15.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 329 sq. cap. 54. §. 16.
27) conuentu] Cod. *male:* conuentus
28) autoritatiue] *haec vox mediae et infimae latinitatis significat:* cum auctoritate.

Digitized by Google

Christus legibus ieiunium instituit, sed dicit: Quando sponsus auferetur, tunc ieiunabitis. Vade uende omnia, quae habes, *so findet sich dann das fasten wol.*

Noua de comitijs missa *) D. M. Luthero a D. Pontano. Postquam papa per legatum et nepotem suum Farnesium Cardinalem ursisset, ne Caesar protestantibus pacem concederet, nisi in praesens concilium consentirent, Imperatore non annuente Farnesius alieno habitu subito discesserat. Caesar tamen iussit tentari [*fol. 521a*] coram protestantibus, an in hoc concilium autoritate papae congregatum uelint consentire, uoluitque eis persuadere, ut facerent, se non papae erroribus adstipulaturum. [29]) Protestantes negotij magnitudinem et papistarum malitiam et Caesarem suspectum considerantes in hanc sententiam deduci non potuerunt. [30]) Quod papae concilium congreganti uocesque decisiuas praesumenti et partem agenti, tantum iuris concedere deberent, restiterunt fortiter Granuellae, petentes, ut utrinque homines docti et prudentes ad tantum negotium eligerentur, qui haberent uoces excisiuas. Vrgente Granuella neque protestantes sibi constare inter tot sectas. Ipsi econtra negabant inter ipsos esse sectam, sed pie et concorditer inter se sentire et docere uerbum Dei, sine Anabaptistarum, sacramentariorum [31]) opinionibus. Multos conatus Granuellae et persuasiones recusasse, qui Caesarem pium mediatorem proposuisset, neque facile esset sumpturus arma [*fol. 521b*] contra eos religionis causa. D. Lutherus mirabatur hos conatus et dixit: Carolus uidetur agere cum papa sicut Cretensis cum Cretensi, conniuet ad papae confusionem et interim ne dormitare uideatur, quaerit utrinque media. Sed nullo modo nostris consulendum, ut in concilij papistici conclusiones impijssimas iurare uelint. *Ich habes vor 26 Jaren dem Legaten* Cardinali Caietano [32]) *tzu Augspurg abgeschlagen.* Et cum Petrus Paulus Vergerius papae legatus hic esset, eumque accessissem, cum me ad concilium citaret, [32a]) dixi: ego ueniam, addens: Vos papistae frustra laboratis et uos frustra mortificatis uestris concilijs. Nam collecto concilio nihil agitis de doctrina salutari, de sacramentis, de fide iustificante, de bonis operibus et moribus, sed illa friuola proponitis de tunicis talaribus, quam latum debeat esse cingulum, quam spatiosa corona sacerdotis esse debeat, de monachis et

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 330 sqq. cap. 54. §. 17. 18.
29) adstipulaturum.] Cod.: assipulaturum
30) potuerunt] Cod.: putuerunt
31) sacramentariorum] Cod.: sacramentariorum, Dauiticorum (?)
32) Caietano] Cod. *corrupte:* Caietau
32a) *Conf.* Lutheri colloq. supra p. 89 sq. allatum.

22) Occam fuit — — Scotum. Occam.] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
23) fuit egregius] Reb.: egregius fuit
24) pacem habuit,] Reb.: habuit pacem,
25) nihil boni scripsit.] Reb. *proxime post haec verba habet illa, quae supra* p. 135. nota 90b *attuli.*
26) patribus fere] Reb.: fere patribus
27) sint usi cont. doctrina,] Reb.: sunt cont. doctrina vsi,
28) sicut est] Reb.: scilicet
29) pauperum] Cod. *calami err.:* paperum
29a) D. M. Lutherus commendauit — — Hoc facto, tunc apte potest Rhetoricari et exhortari.] *loco harum* 6 *sectionum, quae in* Cod. fol. 561b lin. 14. — fol. 562b lin. 5. init. *exstant,* Rebenstockius *proxime post illa verba praecedentia:* „cura pauperum, multum fuerunt impediti.“ fol. 237b lin. 12.—fol. 238a lin. 19. *exhibet primum* (fol. 237b lin. 12—29.) *ea, quae in* Cod. fol. 564b lin. 9 — 20. *leguntur inscripta:* Quatuor Ecclesiae columnae, *deinde* (fol. 238a lin. 1 — 19.) *ea, quae in* Cod. fol. 564a lin. 5. — fol. 564b lin. 8. *referuntur inscripta:* Quibus temporibus patres uixerunt.

Digitized by Google

supra 71. psalmum diserte definit, Literam nihil aliud esse quam legem sine gratia. Post hunc Ambrosius.

Philippus Melanthon Basilium commendauit, qui clare posuit fidem iustificantem supra locum: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Econtra D. M. Lutherus Cyprianum summis extulit laudibus, qui constantissime et summo ardore fidem tractasset, deinde Irenaeum, quos omnes [*fol. 562a*] praetulit Hieronymo, nisi quod coelibatu et ceremonijs multum impediti sunt in tentationibus suis. Sicut nos praesentia coniugij impedimur, ita ipsi absentia sunt tentati. *Es heist:* Nec tecum, nec sine te uiuere possum. Tam periculosum iam est uiuere in mundo. *darumb ligts gar an einem frommen prediger, wann der hinweg ist,* tunc actum est.

Chrysostomus uetustior est Augustino et Hieronymo, et huius tempore missa adhuc ignota fuit.

Epiphanius *) longe ante Hieronymum scripsit historias Ecclesiasticas longe utilissimas, si eas a contentiosis argumentis separare possemus, dignae essent, ut excuderentur. Magna fuit spes uitae in illis patribus, qui ieiunando et uigilando fulgebant. *Es muss auch in solchen leutten sein.* Nam oportet esse aut speciem aut heroicum.

Sermo incidebat **) de sanctorum patrum scriptis supra Biblia, quae lectorem suspensum relinquerent. Respondit: Mihi non licet iudicare de ipsis, quia sunt receptae authoritatis, et ego cogor esse Apostata, sed legat, qui uolet, praecipue Chrysostomum, qui est summus Rhetor, quam digrediatur a statu rei in aliam materiam. Cum Epistolam ad Hebraeos enarrarem et Chrysostomum consulerem, nihil ad argumentum Epistolae pertinens scripsit. Et credo Chrysostomum summum Rhetorem, auditorium [*fol. 562b*] habuisse copiosum, sed sine fructu docuisse. Nam docere debet esse primum et principale officium praedicatoris, ut ad rem, argumenta et summam rei respiciat et auditorem erudiat. Hoc facto, tunc apte potest Rhetoricari et exhortari. [29a])

Videte [30]) quantae tenebrae ***) fuerint [31]) apud patres de fide. [32]) Nam obscurato articulo iustificationis, impossibile fuit unum crassissimum errorem reprimere. S. Hieronymus

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 374. cap. 57. §. 7. sect. 4. 5.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 372 sq. cap. 57. §. 6.
***) *Conf.* ibid. IV. p. 373 sq. cap. 57. §. 7. sect. 1 — 3.

30) Videte] Reb.: Obseruate quaeso,
31) fuerint] *sic scripsi*; Cod. *et* Reb.: fuerunt
32) de fide.] Reb.: de doctrina fidei.

Digitized by Google

supra Matthaeum, Epistolam ad Galatas, ad Titum scribit frigidissime. [33]) Ambrosius 6 libros in Genesin scripsit. *O wie sein sie so dünne.* Augustinus nihil [34]) acriter de fide scribit quam [35]) cum contra Pelagianos pugnat, *die haben Augustinum auffgewecket vnd tzum manne gemacht.* [36]) Optime quidem crediderunt, sed extra pugnas non potuerunt publice tradere. *Ist doch kein* Commentarius *vber die Epistel* ad Romanos et ad Galatas, qui aliquid syncere traderet. [37]) O quantum seculum hodie habemus in synceritate doctrinae, et proh dolor contemnimus illud. Sancti patres *haben besser gelebet dan geschrieben, wir gott lob schreiben bass dan wir leben.* [38])

Deinde recitauit horrendum lapsum Gregorij, qui fratrem [39]) cum tribus florenis in sepulchrum maledixit, et deinde per alium fratrem triginta missis redimere curauit. Deinde [40]) papa suis pestilentissimis traditionibus esu [*fol. 563*[a]] carnium, cappis, missis homines alligauit *an seinen dreck vnnd scheisserey gesetz.* [41]) Ita horrendus lapsus indies creuit, ita ut dictum Augustini papa plane pro se adplicaret: Euangelio non crederem, [42]) id est, Ego papa sum caput Ecclesiae, ubi ego sum, ibi est Ecclesia, cum ipse tantum sit minister et seruus Ecclesiae. [43]) Non obseruant occasionem dicti Augustini, qui loquitur contra Manichaeos: Ego [44]) uobis non credo, quia estis damnati, Ecclesia autem sponsa Christi non potest errare, huic assentior.

---

33) ad Titum scribit frigidissime.] Reb.: et ad Tit. frigidissime scribit.
34) in Genesin scripsit. — nihil] Reb.: supra Gen. composuit quam exiguum hominum intellectum. August. non adeo
35) quam] Reb.: qua
36) *die haben Aug. — gemacht.*] Reb.: illi Augustinum excitauerunt et ansam fideliter inhaerendi praebuerunt.
37) *Ist doch* — traderet.] Reb.: nullus fere commentarius in Epistola ad Romanos et ad Galatas aliquid syncere tradit.
38) *haben besser gel. — wir leben.*] Reb.: melius vixerunt, quam scripserunt, nos Deo iuuante melius scribimus quam viuimus.
39) fratrem] Reb.: fratrem vnum
40) Deinde] Reb.: Postea
41) missis homines — *gesetz.*] Reb.: missis, et alijs suis stercoribus traditionum homines alligauit.
42) ita ut dictum — crederem,] Reb.: iuxta dictum Augustini, quod Papa sibi plane applicat, Euangelio non crederem, nisi authoritas Ecclesiae me commoueret,
43) Ecclesiae.] Reb.: Ecclesiae, si pie docet.
44) Ego] Reb.: id est. Ego

Digitized by Google

Prudentius. *)

D. M. Lutherus commendauit hymnos Prudentij et ipsum poetam, quod esset optimus et Christianissimus poeta. Et si ipsius Vergilij temporibus uixisset, commendatus fuisset supra Horatium, quem tamen Vergilius laudauit. Ego maxime optarem Prudentij carmen in scholis praelegi, sed scholae iam incipiunt prophanari, et sacrae literae iterum pelluntur ex illis. [45])

D. M. Lutherus legit domi [46]) Cyprianum **) de singularitate clericorum, quomodo se a mulieribus separare deberent, ubi inepta et puerilia tractabat. D. Martinus mirabatur [47]) tanti uiri ineptias, cum suspirijs, dubitans utrum iste [48]) liber esset Cypriani, *Aber es ist nicht wunder, wann man von gottes wordt vnnd ordnung abfelt, so muss man sich in ergernissen weltzen.* [49]) Ita cum illi reijcerent coniugium, ordinationem Dei, [50]) et manifesta scripturae [*fol. 563b*] testimonia, mandata, et exempla, inciderunt in scortationes, adulteria etc. *damit haben sie sich mussen schlaen.* Ille Cyprianus [51]) fuit fere proximus Apostolis sub Valeriano, uixit 220 annis post Apostolos.

Vetustissimus fuit Tertullianus. [52]) Secundo Hegesippus. Tertio Cyprianus. Quarto Lactantius. Deinde Gregorius Nazianzenus, postea Hieronymus, Augustinus, Eusebius. Horum tempore degenerauit Ecclesia, [53]) imo ipsis Apostolis uiuentibus. Vi-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 374 sq. cap. 57. §. 8.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 370. cap. 57. §. 4. sect. 1. 2.

45) Prudentius. D. M. Luth, — — ex illis.] *haec, quae* Cod. fol. 563a lin. 10 — 17. *exhibet, ap.* Reb. *paulo inferius* fol. 239a lin. 23 med. — fol. 239b lin. 3 med. *sic leguntur*: Prudentium summopere commendauit M. L., qui optimus et Christianissimus Poëta hymnos composuit, et si ipsius Vergilij temporibus vixisset, commendatus fuisset supra Horatium, quem tamen Vergilius laudauit. Ego maxime optarem Prudentij carmen in Scholis praelegi, sed Scholae iam incipiunt profanari, et sacrae literae iterum pelluntur ex illis. Ita Fulgentius insignis est poëta re et verbis, longe superat Horatium, et Poëtis annumerandus est.
46) legit domi] Reb.: domi legit
47) D. Martinus mirabatur] Reb.: Mirabatur M. L.
48) utrum iste] *sic scripsi;* Cod.: vter iste, Reb.: vtrum ille
49) *Aber es ist — weltzen.*] Reb.: sed non est mirum, nam si Dei verbum et relinquimus, tunc omnibus offendiculis nos inuoluimus.
50) ordinationem Dei,] Reb.: Dei ordinationem,
51) adulteria etc. — Cyprianus] Reb.: et adulteria, hisce rebus maxime vexabantur. Cyprianus
52) Vetustissimus fuit Tertull.] Reb.: Tertullianus fuit vetustissimus.
53) degenerauit Eccl.] Reb.: Ecclesia degenerauit,

Digitized by Google

demus [54]) lugubres Pauli lamentationes de Corinthijs, Galatis. [55]) Et ipse Christus habuit inter suos, sanctum ludam. Valeant illi, qui Ecclesiam plane puram et purificatam [56]) habere uolunt. Hoc est plane nullam uelle [57]) Ecclesiam.

Augustinus et Hilarius *) clarissime scripserunt inter patres. Reliqui omnes sunt legendi cum iudicio. Tertullianus est durus et superstitiosus, utcunque eum Cyprianus [58]) suum magistrum appellauit. [59])

Patres cum iudicio sunt legendi. [60]) Augustinus plus laboris habuit euoluendo sese ex patribus, quam cum haereticis.

Gregorius interpretatur quinque talenta, quinque sensus, qui etiam in bestijs sunt, duo uero talenta intellectum et operationem.

Augustinus
natus est Anno Domini 361.
[*fol. 564a*] Baptizatus anno 391.
Presbyter 397.
Moritur 436 Aetatis suae 75. [61]) Hoc anno 1560. a mortuo Augustino sunt anni 1124. [61a])

Quibus temporibus p tres uixerunt. [62]) **)

Athanasius Alexandriae Episcopus Anno Domini [63])	379.
Ambrosius Mediolanensis Episcopus	380. [64])
Aurelius [65]) Prudentius	380.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 375. cap. 57. §. 9.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 382 sqq. cap. 57. §. 14.
54) Videmus] Reb.: Videmus enim
55) Galatis.] Reb.: et Galatis,
56) purificatam] *sic* Reb.; Cod.: purificantem
57) plane nullam uelle] Reb.: nullam velle habere
58) eum Cyprianus] Cod.: eum Cyprianus eum
59) Augustinus et Hilarius — — appellauit.] *haec h. l. a* Reb. *absunt.*
60) sunt legendi.] Reb.: legendi sunt.
61) Augustinus natus — Aetatis suae 75.] *haec, quae in* Cod. fol. 563b lin. penult. — fol. 564a lin. 4. *afferuntur, ap.* Reb. *in huius capitis fine* fol. 240a lin. 4 — 7. *sic exhibentur*:

Augustinus	Natus	Anno Christi	361
	Baptizatus		391
	Presbyter		397
	moritur aetatis suae		436

61a) Hoc anno 1560. — anni 1124.] *haec in* Cod. *iuxta verba*: Baptizatus anno 391. *et* Presbyter 397. *a dextra adscripta sunt.*
62) uixerunt.] Reb.: uixerunt. Anno Christi. — *Haec sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 564a lin. 5. — fol. 564b lin. 8. *legitur, ap.* Reb. *paulo priori loco* fol. 238a lin. 1 — 19. *exhibetur.*
63) Anno Domini] *a* Reb. *absunt.*
64) 380.] Reb.: 386.
65) Aurelius] *a* Reb. *abest.*

Digitized by Google

Augustinus Episcopus Hipponensis	430. [66]
Beda Benedictinus Angliae	737.
Cyprianus Carthaginensis Episcopus	249.
Cyrillus Alexandriae Episcopus	432.
Chrysostomus Constantinopol. Episcopus	397. [67]
Gregorius papa primus	590. [68]
Hieronymus presbyter Stridonensis [69]	378. [70]
Irenaeus Episcopus Lugdunensis	180. [71]
Polycarpus praeceptor Irenaei [72]	125. [73]
Nicolaus de Lyra	320.
Origenes Adamantinus presbyter	261. [74]
Philo Iudaeus	50.
Iosephus Iudaeus	100.
Ignatius Antiochiae Episcopus	111. [75]
Prosper Episcopus Reginensis, Augustini discipulus, qui eius sententias congessit [76]	460.
[*fol. 564*^{b}] Sedulius presbyter Scotus	430.
Tatianus haereticus	170. [77]
Tertullianus Carthaginensis presbyter	200.
Thomas Aquinas	1274.
Bonifacius Episcopus Moguntinus [78]	755.
Bernhardus Abbas Cisterciensis	1140. [79]
Hugo Parisiensis	1130. [80]
Anshelmus	1110.

---

66) Episc. Hipp. 430.] Reb.: Hippon. Episcopus aetate 76. 436.
67) 397.] *sic scripsi (quod hoc anno Episcopus Const. electus est)*; Cod.: 420., Reb.: 340.
68) 590.] *sic scripsi (quod hoc anno Episcopus Rom. factus est)*; Cod.: 540.; *ap.* Reb. *h. l. Gregorii nulla fit mentio.*
69) Stridonensis] Reb. *falso:* Lugdunensis
70) 378.] *sic scripsi. (quippe quo anno presbyter factus est)*; Cod.: 422., Reb.: 414.
71) Episc. Lugd. 180.] Reb. *male*: presbyter Stridonius 422.
72) praeceptor Irenaei] *a* Reb. *absunt.*
73) 125.] Reb.: 175.
74) Nicol. de Lyra 320. Origenes Ad. pr. 261.] Reb. *ordine inverso*: Origenes Ad. pr. 261. Nicol. de Lyra 320.
75) Philo Iud. 50. Ios. Iud. 100. Ignat. A. E. 111.] Reb.: Ignat. A. E. 111. Iosephus Iud. 100. Philo Iud. 50.
76) Prosper — congessit] Reb.: Presbyter Episcopus Reginensis
77) Tatianus haer. 170.] *a* Reb. *absunt.*
78) Moguntinus] Reb.: Moguntinensis
79) Abb. Cisterciensis 1140.] Reb.: Abb. Clarenallensis 1130.
80) Hugo Paris. 1130.] *ap.* Reb. *non leguntur.*

Digitized by Google

QVATVOR ECCLESIAE COLVMNAE.*)

Ambrosius est [81]) primus et senior. Deinde [82]) Hieronymus. Tertio [82]) Augustinus, qui obijt Anno Domini 438, *ist itzunder 1100 Jar.* [83]) Deinde Gregorius. Ambrosius autem fere [84]) fuit homo politicus et bene exercitatus, postea coactus ad Episcopatum, *ist viel gebraucht* [85]) coram Caesare, *hat sich der weltlichen hendel nicht können entschlagen,* [86]) sicut nobis accidit, qui plus cogimur mensae et consistorio, quam uerbo Dei et orationi inseruire. Ita Ambrosio etiam accidit, syncerissime scripsit, *er ist ernster in seinem schreiben* [87]) quam Augustinus, qui fuit mitior, [88]) sicut hodie M. Hausman fuit. Ambrosius uero Pomeranus. [89])

Fulgentius [90]) cum in libro esset pictus ut Monachus cappa indutus, respondit D. M. Lutherus: *do thun sie dem heiligen manne vnrecht,* quia ipse egit uitam ciuilem et [*fol. 565a*] communem, *hat silberne leffel vnnd becher gebraucht,* uixit inter populos, non habuit uitam portentosam aut monasticam. Sed papistae affingunt talia in defensionem suorum

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 375 sq. cap. 57. §. 10.

81) Quatuor Ecclesiae columnae. Ambrosius est] Reb.: Quatuor Ecclesiae columnae nominantur, Ambrosius qui est — *Haec et subsequentia, quae in* Cod. fol. 564b lin. 9 — 20. *exhibentur, ap.* Reb. *paulo superiori loco,* II. fol. 237b lin. 12 — 29. *leguntur.*

82) Deinde . . Tertio] *a* Reb. *absunt.*

83) qui obijt A. D. 438. [*supra p.* 142. *refertur annus mortis* 436.; *potius mortuus est* a. 430. d. 28. Aug.] *ist itzunder* [*scil.* a. 1538.] **1100** *Jar.*] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

84) autem fere] Reb.: vero

85) *ist viel gebraucht*] Reb.: multa egit et effecit

86) *hat sich — entschlagen,*] Reb.: rebus enim mundanis abesse non potuit,

87) syncerissime scr. — *schreiben*] Reb.: qui syncerissime scripsit, seuerior est in suis scriptis,

88) qui fuit mitior,] Reb.: qui etiam mitior fuit,

89) M. Hausman — Pomeranus.] Reb.: Magister Haussman erga Pomeranum. Hieronymum appellarunt doctorem Christianum, Bernhardum, os dulce, Augustinum, Bonauenturam Seraphicos, Thomam, Angelicum, Scotum, subtilem. At Lutherus haeresiarchae nomen sortitus est.

90) Fulgentius — — *thun euch nichtes nach.*] *haec, quae in* Cod. fol. 564b lin. 21. — fol. 565a lin. 7. *leguntur, a* Rebenstockio II. fol. 236a lin. 16 — 24. *sic commutato* Fulgentii *nomine referuntur:* Doct. Mart. Luth. vidit Augustinum in libro pictum Cappa indutum vt Monachum. Respon. Mentiuntur hic in virum sanctum, quia ipse egit vitam ciuilem et communem, argentea enim cochlearia et pocula habuit, et inter populos conuersatus est. Non habuit vitam portentosam aut monasticam, sed Papistae affingunt talia in defensionem suorum errorum, etc.

Digitized by Google

errorum. Sicut Tetzelius dixit: *Wer seiner selen wiel rathen, der gebe alhie, lose die gnade. Nach eurem tode vergessen euer die kinder, thun euch nichtes nach.* [90])

Macarius, Antonius, Benedictus [91]) suo Monachatu magnam pestem attulerunt Ecclesiae. Esto habuerunt uitam miraculosam in mundo, attamen non sanctam. Et credo illos longe [92]) inferiori gradu in coelis esse quam aliquis pius coniugatus et politicus. Ideo in uitis patrum optimum et pijssimum extat poema excogitatum ab aliquo spirituali iudicio, ubi coriarium Antonio praefert et duas uxores, ut disceret non operibus illis externis coli Deum. *Es ist ein fein Christlich* poema, non puto esse historiam, quod illi sancti patres ita delirarunt, cum Deo disputantes de sua propria iustitia. Ideo hoc poema hoc concludit: Vos sancti et prodigiosi monachi, qui omnem aliorum uitam damnatis, ipsimet estis [93]) damnati.

Optimi quique patres sudarunt in exponendis psalmis. Origenes fecit psalterium ἑξαπλοῦν, [94]) sex concinnans commentatores, *sie haben dennoch viel schönes* [*fol. 565*^{b}] *dinges daruber geschriebenn,* praecipue Augustinus, *haben* deuotionalia [95]) non historica *gehandelt.* Dicunt multa sancta, pura et pia, sed impropria. *Lieber herrgott wie tzuengstiget sich Augustinus vber dem* loco: In pace in id ipsum, ubi In id ipsum exposuimus aduerbialiter *gantz vnd frolich.* Augustinus autem In id ipsum pronominaliter pie, sed improprie [96]) exponit. Item alio loco: Veni in altitudinem et non est substantia, *da bringet er viel tzu vber dem wordtlein* substantia, Vtrum Deus sit substantia, *bringets in die* praedicamenta. Ideo multum prodest, ut Doctores in statu causae et obiecta materia acquiescant, quamuis illa pia in sanctis patribus non sunt contemnenda, sed si sathan per falsos Doctores a materia labitur, tunc illi resistendum est. Vt cum papa detorquet hunc locum Matthaei: Quidquid solueris super terram etc ubi textus loquitur de clauibus et remissione peccatorum

91) Macarius, Antonius, Benedictus — — de possessione regnorum etc.] *haec ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*
92) longe] Cod.: longo
93) estis] Cod. *calami err.:* esti
94) ἑξαπλοῦν] Cod.: ἑξαπλον
95) deuotionalia] *haec vox mediae et infimae latinitatis significat:* deuotionis *seu* pietatis exercitia.
96) improprie] Cod.: impropriae

Digitized by Google

so bringet der babst seinen dieterich de possessione regnorum etc. [91])

IVDICIVM DE SANCTIS PATRIBVS. [97]) *)

Etsi mihi [98]) non licet iudicare de sanctis patribus, quia respectu illorum sum uermis, [99]) attamen quo magis illorum scripta lego, eo [100]) plus offendar. Nam res ipsa clamat eos fuisse homines, [1]) et ipsorum authoritas oppressit [*fol. 566a*] Apostolorum scripta. [2]) Ideo papistae impudenter dicunt: [3]) Quid scripturae? [4]) oportet legere scriptores, qui suxerunt [5]) mel ex scriptura. Scriptura est quasi moles indigesta et quasi sermo diuinus non posset intelligi. Cum tamen [6]) coelestis pater de Christo dicat: Hunc audite, qui etiam in Euangelijs simplicissime, [7]) clarissime et humillime parabolis et similitudinibus locutus est: Qui [8]) credit in me, non morietur. Item Matthaei 5. Nolite [9]) resistere malo. Item Matthaei 6. Respicite uolatilia coeli et lilia agri. *Wie kontte es klerer vnnd lautter gesaget werden,* [10]) plus quam patres omnes potuissent. Attamen sophistae [11]) audent sacram scripturam blasphemare et obscurare. Ideo S. Augustinus [12])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 378 sqq. cap. 57. §. 11.

97) Iudicium de S. Patribus.] *haec inscriptio a* Reb. *cum praecedente generali sic coniuncta est:* Patres post Apostolos et iudicium de illis (*vide supra* p. 134. notam 90.) — *Sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 565b lin. 20. — fol. 567a lin. 19. *legitur, et finitur verbis:* „*vnnd einem andern die bürde aufflegen.*“ *ap.* Reb. *in huius capitis principio* fol. 234b lin. 24. — fol. 236a lin. 15. *affertur.*

98) mihi] Reb.: mihi Mar. Luthero

99) sum uermis,] Reb.: vermis sum,

100) eo] Cod. *falso*: et

1) fuisse homines,] Reb.: homines fuisse

2) oppressit Ap. scripta.] Reb.: Apostolorum scripta oppressit.

3) dicunt:] Reb.: gloriantur.

4) scripturae?] Reb.: scriptura?

5) suxerunt] Reb.: suggesserunt

6) Scriptura est — Cum tamen] Reb.: scripturam esse, quasi molem indigestam et minus intelligibilem. Quasi sermo diuinitus intelligi non possit, eum (*typ. err. pro*: cum)

7) simplicissime,] Reb.: simpliciter

8) locutus est. Qui] Reb.: locutus. Vt qui

9) Nolite] Reb.: Noli

10) agri. *wie — werden,*] Reb.: agri, etc. Clarius et dilucidius dictum,

11) sophistae] Reb.: Papistae

12) blasphemare et obscurare. Ideo S. Augustinus] Reb.: obscuram blasphemare, quasi patres eam declarare debeant, sed ita declarare, est obscurare. S. Augustinus

Digitized by Google

prae omnibus Doctoribus mihi placuit et placet, qui magnus Doctor est, omnique [13]) laude dignus, etsi [14]) paruam habuit Ecclesiam, attamen solidissime [15]) et syncerissime rem tractauit. Hic Christianissima submissione sua scripta subijcit sacrae scripturae, [16]) ut in Canone 9. Nolo meis scriptis etc. [17]) Ibi protestatur, decernit et cogit suis scriptis non haberi maiorem fidem. Et ego [18]) arbitror S. Augustinum hunc Canonem maxime et praecipue propter Chrysostomum posuisse, qui uix 40 annis ante Augustinum uixit. Cumque esset facundus, [*fol. 566b*] *geweschisch*, [19]) magnam habuit autoritatem apud homines multosque composuit libros splendide, [20]) sed tantum fuit Chaos et saccus uerborum sine re. Ideo S. Augustinus offensus hunc Canonem scripsit. Nam et noster D. Hieronymus Schurff semel emit sibi Chrysostomum, [21]) quem cum legisset, dixit: [22]) Multa lego, nihil disco. Tantum sua loquentia populum demulsit, quasi aurea catenula. ideo *Χρυσόστομος*, [23]) aureum os dicebatur. *Er mag goldt am klange, aber nicht in der würde gehabet haben.* [24]) Ah patres etiam fuerunt homines sicut et nos. ideo bene considerandi.

Ita Augustinus mirabiliter sudauit, offensus humanis traditionibus, et tamen est in scriptura potentissimus, habetque [25]) optimum iudicium de rebus. Pelagiani [26]) eum acuerunt, estque [27]) coniugatis aequissimus, bene loquitur de Episcopis, qui tum erant pastores, sed [28]) illis temporibus maxime est offensus. *was soltte nu tzu vnnsern tzeitten gescheen*, [29]) si

---

13) qui magnus Doctor est, omnique] Reb.: Insignis Doctor omni
14) etsi] Reb.: Esto,
15) solidissime] Reb.: solide
16) Hic Christian. — scripturae,] Reb.: Is Christianissima supplectione scripta sua, sacrae scripturae subijcit,
17) etc.] *a* Reb. *abest.*
18) decernit et cogit — Et ego] Reb.: et decernit maiorem fidem non haberi suis scriptis, nisi iuxta scripturam. Ego
19) Cumque esset fac., *geweschisch*,] Reb.: qui cum esset facundus, loquatur,
20) m. habuit autor. — splendide,] Reb.: m. apud homines habuit autoritatem, multos splendidos composuit libros.
21) semel emit sibi Chrys.] Reb.: sibi Chrysostomum emit,
22) dixit:] Reb.: fatebatur,
23) *Χρυσόστομος*,] Reb.: Chrysostomus, id est,
24) *Er mag — haben.*] Reb.: Aurum forsitan habuerit in sonore sed non in valore.
25) habetque] Reb.: habet enim
26) Pelagiani] Reb.: Nam Pelagiani
27) estque] Reb.: Est
28) sed] Reb.: Attamen
29) *was soltte — gescheen*,] Reb.: quid nostris fieret temporibus,

Digitized by Google

nunc uiueret et deberet illa portenta papae uidere, [30]) qui magna authoritate Petri patrimonium gloriatur, id est, totum imperium occidentale, quae gloriatio de patrimonio Petri [31]) uix 400 annis durauit, ubi papa omnium regnorum uoluit esse Dominus, *das würde* S. Augustinus [*fol. 567a*] *nicht leiden.* [32]) Summa, Credentes simpliciter debent audire legationem Christi, quid ipse loquatur. [33]) Impijssime igitur faciunt omnes, qui humana autoritate Euangelium eius [34]) mutare uolunt. Hoc nullus Regum suo legato permitteret. *Er giebet ihm wol ein Credentz,* [35]) ut audiatur ut [36]) sua persona, sed tamen [37]) ne unum uerbum aliter loquatur extra mandatum suum. [38]) Et nos in hac diuina legatione adeo praesumptuose [39]) incedimus. *Ich haltte, wan Petrus leibhafftig itzunder predigte alle artickel der schrifft,* et tantum autoritatem papae negaret, *so muste er hencken.* [40]) Imo ipse Christus, si in carne incederet praedicans, iterum crucifigeretur. *Darumb lasset vnns dis auch gewartten, dann der liebe herr Christus hat Ja treulich bei vnns gehalten. es ist Ja besser, auff ihn denn auff den babst tzu wagen.* [41]) Nam nisi aliam uitam crederemus, *wolt ich balt anders sagen vnnd singen, vnnd einem andern die bürde aufflegen.* [42])

Passio cum caneretur, [43]) *) D. M. Lutherus attentus audiebat dicens: Musica optimum Dei donum est, [44]) saepius

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 381 sq. cap. 57. §. 12.

30) et deberet — uidere,] Reb.: et illa portenta Papae videre deberet,
31) de patrimonio Petri] Reb.: de Petri patrimonio
32) *das würde — leiden.*] Reb.: hic Augustinus minime feret.
33) loquatur.] *sic* Reb.; Cod.: loquitur,
34) Euangelium eius] Reb.: Euangelij doctrinam
35) *Er giebet — Credentz,*] Reb.: Permittam illis quidem honorem aliquem,
36) ut] *hoc alterum a* Reb. *abest.*
37) tamen] Reb.: tamen ita
38) mandatum suum.] Reb.: instructionem et mandatum legentis
39) praesumptuose] Reb.: proterue
40) *Ich haltte — hencken.*] Reb.: Credo, si S. Petrus his temporibus corporaliter omnes scripturae praedicaret articulos, et tantum Papae authoritatem negaret, suspenderetur quam primum,
41) *Darumb lasset — tzu wagen.*] Reb.: alia nos quoque non expectemus, Christus enim fideliter nobis astitit et adfuit, melius enim est Christo quam Papae confidere.
42) *wolt ich — aufflegen.*] Reb.: aliter dicere et canere, alijsque periculum hoc mandare vellem.
43) Passio cum caneretur,] Reb.: Cum caneretur Passio, — *Sectio ab his verbis ordiens et verbis* „quam Iudaei suis legibus.“ *terminata, quae in* Cod. fol. 567a lin. 20. — fol. 567b lin. 13. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 239b lin. 15 med. — fol. 240a lin. 3. *reperitur.*
44) est,] Reb.: esset,

Digitized by Google

me ita excitauit, *dass ich lust tzu predigen gewunnen habe.* [45]) Sed S. Augustinus eam habuit [*fol. 567b*] conscientiam, ut ex delectatione Musices sibi peccatum [46]) fingeret. *Es ist ein feiner man gewest.* [47]) Si hoc seculo uiueret, nobiscum sentiret. Sed S. Hieronymus nos plane damnaret, qui tamen etiam humana passus est. Eustochium enim [48]) usque ad scandalum amauit. *die lieben veter haben auch ihre* uitia *gehabet.* [49]) Chrysostomus satis indicauit se hominem esse, fere Carolostadij ingenium habuit, [50]) sed Augustinus fuit grauissimus et syncerissimus omnium. Ille autem unus [51]) non potuit omnia efficere. Nam et ipse conqueritur, quod Episcopi plus onerauerint Ecclesiam suis traditionibus. [52]) quam Iudaei suis legibus. [53])

Ambrosij hymni [53]) habent uerba, sed parum rei, ut: A solis ortu etc. *auff die sieben tzeitten,* cum patris sapientia plus rei habeat. [54]) Rex Christe factor omnium, [55]) est optimus hymnus. [56])

Lyrae*) Commentarium super totam Bibliam [57]) diligentissime commendauit D. M. Lutherus, qui esset optimus historicus praesertim ueteris testamenti. Si quis noui testamenti

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 382. cap. 57. §. 13.

45) excitauit — *gewunnen habe.*] Reb.: recreauit et excitauit, quod summa cum laetitia praedicationem meam incipiebam.

46) sibi peccatum] Reb.: peccatum sibi

47) *Es ist — gewest.*] Reb.: fuit vir eruditus et egregius,

48) Eustochium enim] Reb.: Nam Eustochium

49) *die lieben v. — gehabet.*] Reb.: patres quoque sua habuerunt vitia.

50) fere (Cod. *male*: fore) Car. ingenium habuit,] Reb.: ingenium fere habuit Carolostadij,

51) fuit grauissimus — autem unus] Reb.: grauissimus et syncerissimus omnium fuit, sed unus

52) et ipse conqueritur — traditionibus,] Reb.: et suo tempore deplorat, quod Episcopi Ecclesiam suis traditionibus onerarint.

53) hymni] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.* — *Haec sectio:* „Ambrosij hymni — optimus hymnus.“ *et subsequens:* „Lyrae Commentarium — — Lyram *wider trucket.“, quae in* Cod. fol. 567b lin. 14 — 24. *exstant, ap.* Reb. II. fol. 239b lin. 3 med. — 15 med. *exhibentur.*

54) A solis ortu — plus rei habeat.] Reb.: A solis ortus cardine, et ad septem tempora, Patris sapientia. — Ambrosii *hymnus de nativitate Domini:* A solis ortus cardine *etc. refertur in* H. A. Danielis Thesauro hymnologico Tom. I. p. 21. — *Carmen sacrum de passione Domini:* Patris sapientia, veritas divina, *etc. invenitur ibid.* T. I. p. 337. *et in* F. J. Mone *Lateinische Hymnen des Mittelalters* Tom. I. p. 106 sq., *ubi inscriptum est:* Horae canonicae (*i. q. die sieben Tagzeiten*) salvatoris.

55) Rex Christe factor omnium,] *hic hymnus a* Daniele *l. l.* I. p. 180. *inter carmina sacra* S. Gregorii Magni *refertur* (*conf. eius annotatt. ibid.* p. 181. *adscriptae.*)

56) optimus hymnus] Reb.: elegantissimus.

57) totam Bibliam] Reb.: tota Biblia

Digitized by Google

cognitionem haberet, huic Lyram esse utilissimum, [58]) quamuis commentarij Lyrae in Paulum [59]) satis sunt frigidi, *die mochte man wol aussen lassen, wann man den* Lyram *wider trucket.* [60])

Nota. *Ut facilius intelligatur, quam diverse huius capitis* de Patribus (Cod. fol. 559[b] lin. penult. — fol. 567[b] lin. 24. Reb. II. fol. 234[b] lin. 22. — fol. 240[a] lin. 7.) *particulae in* Cod. *et apud* Reb. *dispositae sint, hunc addo conspectum earum secundum* Rebenstockii *ordinem:*

Reb. II. fol. 234[b] lin. 23. — fol. 236[a] lin. 15. = Cod. fol. 565[b] lin. 19. — fol. 567[a] lin. 19. (*vide* p. 146. notam 97.) (*ea quae his in* Cod. *praecedunt* fol. 565[a] lin. 8. — fol. 565[b] lin. 18., *ap.* Reb. *non inveniuntur.*)

— — fol. 236[a] lin. 16 — 24. = Cod. fol. 564[b] lin. 21. — fol. 565[a] lin. 7. (*v.* p. 144. not. 90.)

— — fol. 236[a] lin. 25. — fol 237[a] lin. 16. = Cod. fol. 560[a] lin. 23. — fol. 561[a] lin. 18. (Cod. fol. 561[a] lin. 19. — fol. 561[b] lin. 4. *ap.* Reb. *desunt.*)

— — fol. 237[a] lin. 17 — 21 med. = Cod. fol. 561[b] lin. 5 — 8 med.

— — fol. 237[a] lin. 21 med. — fol. 237[b] lin. 5. = Cod. fol. 560[a] lin. 5 — 16. (*v.* p. 135, not. 90[b]) (Cod. fol. 559[b] lin. ult. — fol. 560 lin. 4. *atque* fol. [560[a] lin. 17 — 22. *ap.* Reb. *desiderantur.*)

— — fol. 237[b] lin. 6 — 11. = Cod. fol. 561[b] lin. 8 med. — 13. (Cod. fol. 561[b] lin. 14. — fol. 562[b] lin. 5 init. *a* Reb. *absunt.*)

— — fol. 237[b] lin. 12 — 29 (ult.) = Cod. fol. 564[b] lin. 9 — 20. (*v.* p. 138. not. 29[a] *et* p. 144. not. 81.)

— — fol. 238[a] lin. 1 — 19. = Cod. fol. 564[a] lin. 5. — fol. 564[b] lin. 8. (*v.* p. 138. not. 29[a] *et* p. 142. not. 62.)

— — fol. 238[a] lin. 20. — fol. 238[b] lin. 24. = Cod. fol. 562[b] lin. 5 med. — fol. 563[a] lin. 9.

— — fol. 238[b] lin. 25. — 239[a] lin. 18 med. = Cod. fol. 563[a] lin. 18. — fol. 563[b] lin. 13. (Cod. fol. 563[b] lin. 14—17. *ap.* Reb. *desunt.*)

— — fol. 239[a] lin. 18 med. — 23 med. = Cod. fol. 563[b] lin. 18 — 23.

— — fol. 239[a] lin. 23 med. — fol. 239[b] lin. 3 med. = Cod. fol. 563[a] lin. 10 — 17. (*v.* p. 141. not. 45.)

— — fol. 239[b] lin. 3 med. — 15 med. = Cod. fol. 567[b] lin. 14 — 24. (*v.* p. 149. not. 53.)

— — fol. 239[b] lin. 15 med. — fol. 240[a] lin. 3. = Cod. fol. 567[a] lin. 20. — fol. 567[b] lin. 13. (*v.* p. 148. not. 43.)

— — fol. 240[a] lin. 4 — 7. = Cod. fol. 563[b] lin. 24. — fol. 564[a] lin. 4. (*v.* p. 142. not. 61.).

---

58) Lyram esse utilissimum,] Reb.: Lyra esset vtilissima,

59) commentarij Lyrae in Paulum (Cod. *falso*: polum)] Reb.: Lyrae commentarij supra Paulum

60) *die mochte man — wider trucket.*] Reb.: qui tamen excludendi essent per typographos, si Lyram a nouo exprimere vellent.

Digitized by Google

[*fol.* 568a] SCHOLASTICI. [61]*)

Terministen hiess man eine Secten in der hohen schulen, vnnter welchen ich auch gewesen. die selbigen haltens wider die Thomisten, Scotisten vnnd Albertisten, [62]) *vnnd hiessen auch Occamisten* [63]) *von Occam, ihrem ersten anfenger, vnnd sein die aller neuesten Secten, vnnd ist die mechtigste auch tzu Paris. Der hader war,* [64]) *ob* Humanitas *vnnd dergleichen wordt ein gemeine menschheit heisse, die in allen menschen were, wie Thomas vnnd die andern halten. Ja, sagen die Occamisten oder Terministen, es sey nichtes mit solcher gemeiner menschheit, sondern der* Terminus homo *oder menschheit heist alle menschen insonderheit gleichwie ein gemalt menschen bilde alle menschen deutet. Aber E. f. G. mussen itzunder in dieser sachen heissen Terministen, die in* terminis proprijs *von einem dinge reden, vnnd nicht die wordt frembde vnd wilde deuten, vnnd sonst heist mans wergcklich dauon reden. Als mit einem tzimmerman muss ich in seinen* terminis *reden, nemlich winckeleisen vnnd nicht kumpeisen, axt vnnd nicht beil. Also sol man auch die wordt Christi lassen bleiben vnd vom sacrament reden in* suis terminis. Vt hoc facite *sol nicht heissen* sacrificate. [65]) Item Corpus *sol nicht* [*fol.* 568b] *bedeutten beider gestalt, wie sie itzunder die wordt martern vnnd von der strassen gerne wolten mit dem hellen Texte.*

Magister sententiarum Petrus Lombardus [66])**) homo fuit diligentissimus et excellentissimi ingenij, multa egregia scripsit. Magnus profecto fuisset Ecclesiae Doctor, si se integre et uere ad sacras literas contulisset, sed ipse multis quaestionibus inutilibus librum istum confundit. fuerunt tamen optima ingenia, sed non illa tempora, quae nunc habemus. Nam scholastici eo peruenerunt, ut docerent hominem non esse integrum, aliquo modo sauciatum, attamen posse ipsum suis uiribus sine gratia praestare legem, sed gratia adepta, hominem legem facilius posse praestare, quam suis uiribus.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 385 sqq. cap. 58.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 386 sq. cap. 58. §. 2.

61) Scholastici.] *caput sic inscriptum et subsequens:* Sancti Martyres, *ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*
62) *Albertisten* (Cod, *calami err.: Abertisten*)] *hoc nomen significat* ab Alberto Magno profectos.
63) *Occamisten*] Cod. *male: Occaristen*
64) *war,*] Cod.: *wass,*
65) sacrificate.] Cod.: sacrificatae,
66) Lombardus] Cod.: Longobardus

Digitized by Google

Talia monstra docuerunt non uidentes lapsum Adae, non uidentes legem Dei esse spiritualem.

Anno 38. 17 Nouembris multum dixit de Thomistis et Modernis, Occam, tribus sectis, qui mira argutia sese lacerabant de uocabulis materialiter aut significatiue sumptis, ut in illo exemplo: Nullus et nemo, mordent se in sacco, utrum Nullus et Nemo materialiter accipiantur, quomodo habeant dentes. Item, Meretrix erit uirgo. ibi [*fol. 569a*] erit in futuro et alia significatione sumitur, scilicet puer nondum natus qui erit uirgo, erit deinde meretrix. Item nullus homo currit. Illa propositio esset uera quiescentibus uiris, etiamsi omnes mulieres currerent, quia nullus esset generis masculini. *das heissen sie* restrictionem. Item, Haeccitas oppositio, suppositio Alienatio. Haec omnia ex ignorantia Grammaticae [67]) et figurarum Grammaticarum acciderunt. Nunc sunt foelicissima tempora omnium artium et facultatum, quae clarissime traduntur et breui discuntur, *darfur wir gott nicht konnen gnug dancken.* Vae adolescentibus, qui hoc aureo seculo abutuntur. Olim literae in Graecia erant illustriores, in Germania et Italia nihil. Nam Lutetia fuit mater multorum errorum, sicut et hodie est, quia ibi nihil praelegebatur nisi Thomas, Scotus, Porphyrius. Ita literae peregrinantur hinc inde. Hodie florent in Germania et Gallia, *gott gebe lange.*

D. M. Lutherus: S. patres *) multa pia et salutaria scripserunt, et tamen cum iudicio sunt legendi. S. Hilarius et Augustinus multa praeclara de Trinitate et iustificatione scripserunt, compulsi ab haereticis. Nazianzenus est nihil. Gregorius Monachus, Cyprianus *ein frommer man.*

[*fol. 569b*] Tertullianus, Hilarius tantum recitarunt historias. Lactantius Augustino teste aliena tractauit, in pace nihil egerunt, sed in pugna ualuerunt. Bernhardus *hat den Hiesum so lieb als einer sein mag,* sed in disputatione non est Bernhardus. Manichaei Augustinum prouocarunt, *dass er so wol geschrieben hat.* Hoc papistae [68]) non intelligunt, sed dicunt eum excessiue locutum esse. *Er habe tzu hoch ding geschrieben.* [69])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 389. cap. 58. §. 4.
67) Grammaticae] Cod.: Grammatice
68) papistae] Cod.: papiste
69) *geschrieben.*] Cod. *male: gestüeben.*

Digitized by Google

SANCTI MARTYRES. [70]*)

D. Staupitius dixit se ab optimo concionatore Andrea Proles audiuisse, qui semel ingressus in monasterium Gottense, ubi pictus fuisset D. Zacharias, qui Erphordiae sepultus est, qui Ioannem Huss dicitur uicisse, *der hat gemalet an seinem paret eine Rose.* Respondit D. Proles: *behutte mich gott, dass ich diese rose nicht trage,* [71]) quia iniuste uicit Ioannem Huss falsa Biblia, uidelicet ex loco Ezechielis 34. ubi locus est: Ecce ego ipse uisitabo super pastores meos, et addiderunt: Et non populus. Hunc textum inuenerunt in propria Biblia Ioannis Huss, démonstrantes illi et concludentes inde: Ergo tu non debes uisitare papam. Spalatinus: *den text hat der Teuffel* [*fol. 570*[a]] *in die Bibel bracht.* Respondit Lutherus: *Es hat darinne gestanden, wie es auch hinein komen ist.* Et ita est damnatus.

Ioannes Agricola**) legit literas Ioannis Huss summi spiritus, patientiae et orationis, et quomodo in carcere excruciatus sit calculo et a Sigismundo contemptus. Respondit Martinus Lutherus admirans tantum spiritum et constantiam dixit: *Er ist ein teurer man gewest, sein todt ist wol gerechet worden.* Statim post mortem illius, Sigismundus factus est infoelicissimus, uxor illius totius Aulae scortum. Bohemi Germaniam undequaque uastarunt, Noriberga *hat brandtschatzung gegeben, sie sint bis gegen Tzeitz komen, die Teutzschen haben die Boehmen* [72]) *etlich mal mit den fersen* [73]) *geschlagen.*

DE INDVLGENTIIS. ***)

Ego et Ioannes Huss impudentissime sumus appellati haeretici, ubi concludunt: Quia papa dicit, ideo credendum esse. Quamuis Ioannes Huss nondum intellexit papatum, tantum abusus agnouit aliquos, et ex moribus ad personam papae argumentatus est. Nos uero a persona ad mores procedimus, *wann der babst gleich S. Peter wer,* tamen esset impius.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 389 sq. cap. 58. §. 5.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 390 sq. cap. 58. §. 5[a]. sect. 1.
***) *Conf.* ibid. IV. p. 391. cap. 58. §. 5[a]. sect. 2.
70) Sancti Martyres.] *hoc quoque caput ap.* Reb. *desiderari, iam supra* p. 151. nota 61. *dixi.*
71) *trage,*] Cod. *falso*: *rage,*
72) *Boehmen*] Cod.: *poemen*
73) *fersen*] Cod.: *versen*

Digitized by Google

[*fol. 570b*] DE DOCTORE MARTINO LVTHERO. [74]) *)

Cum D. Staupitius **) D. Martinum sub piro de gradu accipiendo admonuisset, [75]) Lutherus autem magis et magis auersaretur, adeo ut [76]) tandem se ita excusaret, se nunc defatigatum, et uires exhaustas, sed [77]) si illa tanta prouincia esset capienda, [78]) fore ut propter multas curas et labores assiduos, intra tres aut [79]) quatuor menses extingueretur, tandem Staupitius respondit iocose: ***wisset ihr nicht, dass vnnser herrgott viel grosser sachen hat auszurichten? da bedarff er wol kluger vnnd weiser leute tzu, die ihm helffen rathen. vann ihr dann stürbet, so müsset ihr sein radtgeber sein.*** [80]) Non autem intellexit prophetiam in hac uita complendam esse. Nam post quatuor annos aggressus est papatum et [81]) in rebus diuinis bene [82]) et prudenter consuluit [83])

Sathan saepe dixit mihi: [84]) Quid si falsum esset dogma

---

*) Reb. II, fol. 11b lin. 19. — fol. 27b lin. 21.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 369 sq. cap. 22. §. 9. sect. 3.

74) De D. M. Luthero.] Reb.: De D. M. Luth. eius doctrina, vita, morbis et periculis. ***quam inscriptionem ibi subsequitur haec tabula:***

D. M. L.	Natus est ex Ioanne Luthero	Anno Christi	1483.
	Romam profectus est		1510.
	Promotus in Doctorem		1512.
	Contra Papatum scribere coepit		1517.
	A Papa Leone 10. excommunicatus		1519.
	A Carolo V. exbannitus		1521.
	Vxorem duxit		1525.
	In Domino obijt		1546.

75) Cum D. Staupitius (Cod.: Stapitius) — admonuisset,] Reb.: D. M. Luth. cum a D. Staupitio de gradu doctoratus accipiendo sub piro grauiter admoneretur,

76) magis et magis auersaretur, adeo ut] Reb.: magis auersaretur eius consilium, vt

77) sed] *a* Reb. ***abest.***

78) esset capienda,] Reb.: illi adhuc esset suscipienda,

79) aut] *sic* Reb.; Cod.: et

80) respondit iocose (Cod.: iocosae) — ***radtgeber sein.***] Reb.: ioco respondit: nescis tu, quod Deo nostro multa et grauissima negotia sint efficienda, ideo docto et prudentissimo viro consilio fruitur, si tu ergo morieris, tunc Dei eris consiliarius.

81) aggressus est papatum, et] Reb.: papatum est aggressus, vbi

82) bene] Reb.: pie

83) consuluit.] Reb.: consuluit. Ita D. Mellerstad, cum Lutherum iuuenem in monachum conspexisset, dixisse fertur: Iste frater profundos habet oculos, mirabiles habebit fantasias. Nam Deus me inuitum et nescium in haec tragica duxit, omnibus amicis mihi dissuadentibus.

84) dixit mihi:] Reb.: mihi dixit:

Digitized by Google

tuum, quod papam, monachos,[85]) missam etc. ita confundit?[86]) *vnnd hat mich offtmals so vbereilet, das mir der schweiss ist ausgetrungen.*[87]) Tandem dixi:[88]) abi et expostula cum Deo meo, qui iussit hunc Christum audire. Ideo *muss der Christus alles thun. darumb wollen wir Christen sein, vnnd wollens Christum lassen verandtwortten.*[89])

[*fol. 571*[a]] Quidam Antuerpiae[90]) dixit ad Aleandrum:[91]) Cur non corrumpitis illum Monachum pecunia? Dixit:[92]) Illa bestia non uult accipere pecuniam. *Eine post ist wider geworffen worden, da hat man babst brieffe funden. der Fugger*[93]) *sol 300 fl. dem möniche geben vnd sol ihn heissen schweigen.*[94])

Anno 19. uenit quidam ad Lutherum porrigens ei manum, quem excepit Doctor, ducens eum ad habitationem suam. Ibi dixit ille: *mein lieber herr Doctor mich wundert, dass ihr einem iglichen die handt so balde reichet. wie wann euch einer mit einer buchsen erschösse?* Ego iam sum̃ solus uobiscum. Respondit Doctor: *so müste er auch sterben.* Respondit ille: *wan das geschehe, so macht mich der babst tzu einem heiligen vnnd Euch tzu einem ketzer.* His auditis ego accersiui Vuolffgangum meum, et ille abijt mox e ciuitate. Sic uenerunt mihi literae ex Vratislauia, quendam uenturum ex Polonia, cui promissi essent 4000 fl., si me ueneno necaret, et ita mihi eum descripserunt, ut eum optime nouerim. Eratque ille Doctor Polonicus, callens multas linguas, etiam Turcicam, optimus Astrologus, quem etiam Philippus admirabatur, sed Deus me custodiuit. [*fol. 571*[b]] Is libenter mecum lusisset *im schacht*, sed ego nolui. Tandem animaduertens se esse suspectum de sua malitia, abijt clam, et ueniens ad Marchio-

---

85) monachos,] Reb. *typ. err.*: monachus,
86) etc. ita confundit?] Reb.: et tantos cultus ita confundis?
87) *vnnd hat. — ausgetrungen.*] Reb.: et hac tentatione saepius me arripuit, quod sudorem prae timore emisi.
88) dixi:] Reb.: dixi ad Satanam,
89) *muss der — verandtwortten.*] Reb.: Christum omnia efficere oportet, quia vero Christum profitemur, Christo defensionem commendamus.
90) Quidam Antuerpiae] Reb.: Ita quidam in Antuerpia — *Haec sectio verbis: „sol ihn heissen schweigen.“ terminata, quae in* Cod. fol. 571[a] lin. 1 — 6. *exstat, ap.* Reb. II. fol. 17[b] lin. 28 med. — fol. 18[a] lin. 4. *invenitur.*
91) Alexandrum:] Reb.: Alexandrum Cardinalem,
92) Dixit:] Reb.: Respondit.
93) *Fugger*] *sic scripsi*; Cod.: *fucker*
94) *Eine post — sol ihn heissen schweigen.*] Reb.: Tabellarius quoque appraehensus est, literas habens a Papa, qui Fuckero scripserat, vt Monacho redderet 300 flo. hoc pacto, vt in posterum taceret.

Digitized by Google

nem iuniorem, *hat sich lassen bei ihm ansagen.* Respondit princeps: *Ey last ihn immer hinwegk, es ist der Todt, der D. Martinum* [94a]) *hat sollen vergeben*, et sic confusus abijt. Ita et Lipsiae factum est. Postea dixit: *Ich gleube, dass mein predigstul vnd die lehne offt vergiefft sey gewesen, doch hat mich gott erhalten.*

[*Haec sectio*: „Anno 19. uenit quidam — — *hat mich gott erhalten.*“ *quae in* Cod. fol. 571a lin. 7. — fol. 571b lin. 10. *legitur, a* Reb. II. fol. 17a lin. 23. — fol. 17b lin. 28 med. *sic refertur*:

De periculis et morbis Lutheri.

Deus me mirabiliter seruauit, ex multis periculis redemit contra astum diaboli. Anno 19. Peregrinus quidam Lutherum accessit, quem Lutherus manu porrecta excepit, at is Bombardam habens in manu ante habitationem Lutheri dixit: Miror Domine Doctor, te manum porrigere tuam ignotis et hominibus peregrinis, quid fieret, si aliquis Bombarda te interficeret? ego iam solus tecum sum. Respondit M. L. et te mori vicissim oporteret. Ille dixit: etsi fieret, papa tamen scriberet me in Catalogum sanctorum, te vero in numerum haereticorum. His verbis auditis, Lutherus attonitus famulum suum Wolffgangum accersit. Is vero illico secessit Bombarda emissa festinans e ciuitate. Ex Vratislauia (Reb. *typ. err.*: viatis lauia) literae ad Lutherum mittebantur monentes eum, ex Polonia quendam venturum, cui 4000 flo. promisissent, si Lutherum veneno necaret. Venit autem (Reb.: aut) ille Doctor Polonus, vir senex et grauis, plures linguas callens, optimus Astrologus, quem etiam Philippus admirabatur. Sed Deus Lutherum custodiuit. Nam saepius illius domum ingressus est, non vocatus, volebat cum illo ludum latrunculorum ludere, sed Lutherus detrectabat consortium. Tandem is animaduertens se esse suspectum, clam abijt, et venit ad Marchionem iuniorem, et illi annunciare seipsum adesse, mandauit. Respondit Princeps: dimitte illum, est enim latro ille, qui Lutherum veneno extinguere volebat. Et sic confusus abijt. Ita et alio loco factum esse, facile credo, me saepius veneno intoxicatum, ita quod etiam suggestus venenatus fuit. Deus tamen ex maximis istis periculis me liberauit.]

Anno aetatis {21 / 27} promotus est Lutherus in {Magistrum / Doctorem.} [95])

Expostulans cum sua uxore dicebat: [96]) Tu mihi persuades quidquid uis, totum habes dominium. In Oeconomia quidem tibi concedo dominium, saluo meo iure. *Dann weiber regiment hat nie nichtes gutes ausgericht.* [97]) Deus fecit [98]) Adam dominum omnium creaturarum, ut dominaretur omnibus

---

94a) *Martinum*] *sic scripsi*; Cod.: *Martino*

95) Anno aetatis — Doctorem.] *haec h. l. a* Reb. *absunt, quorum loco in huius capitis principio,* fol. 11b lin. 21 — 28. *aliam longiorem proposuit tabulam supra* p. 154. nota 74. *allatam.*

96) Expostulans — dicebat:] Reb.: Deinde expostulabat cum vxore dicens. — *Haec sectio*: „Expostulans — — quod ego quoque experior.“, *quae in* Cod. fol. 571b lin. 13 — 22. *legitur, a* Reb. II. fol. 18b lin. 30 med. — fol. 19a lin. 11 med. *exhibetur.*

97) *Dann weiber — ausgericht.*] Reb.: Mulierum enim Dominium nihil boni vnquam effecit.

98) fecit] Reb.: creauit

Digitized by Google

animantibus, [99]) sed cum Eua persuaderet, ut esset Dominus supra Deum, *do verterbet ers, das haben wir euch weibern tzu dancken,* [100]) quae astu et technis inescatis uiros, quod ego quoque experior. [96])

Infantem cubitum ferendum [1]) ita benedixit: *gehe hin vnnd biss from, gelt wiel ich dir nicht lassen,* [*fol. 572*[a]] *aber einen reichen gott wiel ich dir lassen, biss nur from, der wirdt dich nicht lassen, da helff dir gott tzu. Pfu dich wolan vmb den Teuffel vnd vnser fleisch,* quod non fidimus Deo, a quo tot et tanta beneficia accipimus, quoniam homini ego Lutherus, uxori meae, uobis singulis plus confido quam Christo, cum tamen nullus uestrum hoc faceret, ut crucifigeretur et moreretur pro me. [1])

Ego [2]) iure superbire deberem, quod sathan infensissimus hostis [3]) ubique mihi insidiatur, *solt mich warlich stoltz duncken, dass ich einen solchen hohen feindt habe.* [4])

Ego sum [5]) defensor et columna papae, post mortem meam *muss der babst einen stoss leiden, dess kan er sich nicht erweren.* Tunc dicent: [6]) *hetten wir itzundt den* [7]) *Luther, der rathen konde, itzt wer tzu rathen, so wollen sie nicht, wann das stundtlein aus ist, so wirdt gott nicht wollen.* [8])

†D. M. Lutherus mentionem fecit [9]) suorum consanguineo-

---

99) omn. animantibus,] Reb.: supra omnes animantes,

100) *do verterbet — dancken,*] Reb.: ibi omnia corrumpebat, sed vos mulieres estis in culpa,

1) Infantem cubitum ferendum — — et moreretur pro me.] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 571[b] lin. penult. — fol. 572[a] lin. 8. *exstat, ap.* Reb. *h. l. non reperitur.*

2) Ego] *a* Reb. *abest.* — *Haec sectio*: „Ego iure — — *hohen feindt habe.*" *quae in* Cod. fol. 572[a] lin. 9 — 12. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 18[a] lin. 5 — 7. *invenitur.*

3) infensissimus hostis] Reb.: hostis infensissimus mihi sit,

4) *solt mich — hohen feindt habe.*] Reb.: merito superbirem, quod hostem habeo tam magnificum.

5) Ego sum — — *gott nicht wollen.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 572[a] lin. 13 — 18. *exhibetur, ap.* Reb. II. fol. 16[b] lin. 24 med. — 31. *reperitur.*

6) denfensor et col. — Tunc dicent:] Reb.: defensor Papae et calumnia (*typ. err. pro*: columna), post meum obitum Papa sustinebit periculum, de quo difficillime liberari poterit, Deinde clamabunt,

7) *den*] *sic scripsi;* Cod. *male: der*

8) *hetten wir — nicht wollen.*] Reb.: Vtinam Lutherus suo adesse (*typ. err. pro*: adesset) consilio, tam autem consulere possumus, illi vero nostrum consilium floccipendunt, hora vero elapsa et praeterita, tunc et ipsi clamabunt, Deus autem non exaudiet.

9) D. M. Luth. mentionem fecit] Reb.: Fecit enim mentionem — *Haec sectio, quae verbis:* nihil fecisse benigne est, *terminatur, in* Cod. fol. 572[a] lin. 13 med. — fol. 572[b] lin. 13. *legitur, ap.* Reb. *autem* fol. 21[a] lin. 19. — fol. 21[b] lin. 6 med. *invenitur cum additamento* fol. 21[b] lin. 6 med. — 12. (*vide* p. 158. notam 17.) †) Mal. Bav. I, 139.

Digitized by Google

92) si uobiscum possem — nescitis,] Reb.: si permutare vobiscum possem, accipe tu caput meum et scabiem assuma (*typ. érr. pro:* assumam) tuam et addam 10 floren. vos ignoratis

93) latera] Reb.: latera folij,

94) mox] Reb.: mox enim

95) *vnnd solde — sinckenn.*] Reb.: et saepius ad scamnum me demittere cogar.

96) Scabies autem est — quae] Reb.: Scabies vero quantumuis molesta, est corporis purgatio. Nam sana corpora

97) Ego optarim] Reb.: Ideo optarem

98) sanitatem capitis.] Reb.: capitis sanitatem,

99) *gewaget*] Cod.: *gewaiget*

100) *nu*] Cod.: *nuhe*

1) *doch was wolt ich — schlaffen gehet.*] Reb.: verum, cur permolestarem caput, quod tamen in multis periculis fideliter mihi astitit, et quod fuerit in hac terra dicere summoque iure, ex hac lachrimarum valle discedere potest.

2) Cum D. Martinus audiret — Et factum est.] *haec ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*

3) Nam anno 25. — — 33. Paulus 28 Ianuarij.] *haec, quae* Cod. fol. 578a lin. 8—12. *exhibet, ap.* Reb. II. fol. 18b lin. 24 — 30 med. *leguntur.*

Digitized by Google

seditione rusticorum duxit uxorem 12 Iunij. [4]) Anno 26. 7 Iunij natus est ei primogenitus Ioannes Lutherus, [5]) 27. Elizabeth filia, 29. in [6]) uigilia Ascensionis [7]) Magdalena, [8]) 31. Martinus 7 Nouembris. [9]) 33. Paulus 28 Ianuarij. [10])

INGENVITAS LVTHERI. [11])

D. M. Lutherus duas apud se aluit puellas sororis suae filias, [12]) quarum alterum doctissimus uir Magister V. Theodoricus sibi in uxorem petiuit. ibi D. M. Lutherus respondisse fertur: *Das weiss ich wol, dass meine muhme mit euch wol versorget were, weiss aber nicht, ob ihr mit ihr versorget wurdet, sie muss noch bass getzogen werden, wollen sie denn nicht gut thun, so wil ich sie einem schwarzen hutten knecht geben, vnnd keinen frommen gelerten man mit ihr betrigen.* [13])

Ich muss patientia *haben mit dem babst, Schwermern, Scharhansen*, familia, [*fol.* 578[b]] *Kethe von Bora, vnnd der* patientia *ist noch so viel, dass alle mein leben nichtes anders wiel sein dann eitel* patientia. [14])

---

4) duxit uxorem 12 Iunij.] Reb.: 12 Iunij vxorem duxi.
5) natus est ei pr. Io. Lutherus,] Reb.: primogenitus Ioannes procreatus est.
6) in] *a* Reb. *abest.*
7) Ascensionis] *scil.* Domini, *i. e.* 25. Maii.
8) Magdalena,] Reb. *male*: Magdalenae
9) Martinus 7 Nouembris.] Reb.: 7. Nouemb. Martinus.
10) 33. Paulus 28 Ian.] Reb.: 33. anno. 28. Ianuarij Paulus. 34. Margaretha. Ijs donis Dei contentus Deo curam resigno.
11) Ingenuitas Lutheri.] Reb. *habet inscriptionem:* Candor et liberalitas M L. — *Haec sectio terminata verbis*: „*dann eitel* patientia", *quae in* Cod. fol. 578[a] lin. 13. — fol. 578[b] lin. 3. *exstat, ap.* Reb. (*extrema eius parte excepta*) II. fol. 20[a] lin. 10 — 22. *invenitur.*
12) D. M. Lutherus duas — filias,] Reb.: Multas personas cognatorum suorum, adolescentes et virgines, et moniales peregrinas, paterna sua beneficentia fouit, aluit duas puellas suae sororis filias,
13) Magister V. Theodoricus — — *mit ihr betrigen.*] Reb.: Vitus Theodorus commensalis eius in vxorem ambijt. Respondit M. L. suauiter: optime scio cognatam meam bene tecum prospectam esse, tu vero, an bene cum illa esses curatus, hoc mihi non est notum, nondum satis educata est, si mihi debitam obedientiam exhibere non vult, dabo illam nigro et liberaliss. famulo in vxorem, ne vllus vir doctus perturbatur (*typ. err. pro*: perturbetur) per illam.
14) *Ich muss* patientia — — *dann eitel* patientia.] *haec, quae in* Cod. fol. 578[a] lin. 22 med. — fol. 578[b] lin. 3. *leguntur, a* Reb. II. fol. 21[a] lin. 15 med. — 18. *sic afferuntur:* Deinde dixit ad pastores: Tolerate haec. Patientiam me pati cum Papa, haereticis, auaris, familia et vxore cogor, et vita mea nihil est, nisi moera (*pro*: mera) patientia.

Digitized by Google

MORS PATRIS LVTHERI. [15] *)

Gratias ago Deo meo, quod pater meus pie mortuus est. Ego ante obitum scripsi ei literas consolatorias, quas ei praelegit parochus, et quaesiuit, num ista crederet, quae audiuisset. *Ey wan ich das nicht glaubet, so thet ich als ein schalck.*

D. M. Lutherus [16]) non potuit accedere nuptias Hans Metzsch, [17]) sed [18]) finitis nuptijs sponsus cum sponsa et cognatis quibusdam eum accessit offerens *ein mumschantze.* [19]) D. cum perdidisset quaerens quid esset numerandum, *was es gegolden hette*, respondit Hans Metzsch: [20]) Ego sum ouis perdita, agnosco peccatum meum, cupio absolui. Tunc Doctor [21]) cruce in fronte illius [22]) facta dixit: Absoluo te in nomine patris et filij et spiritus sancti. Deo sit laus, qui nobis hunc scortatorem [23]) ad matrimonium diuinum reuocauit. *Das wil ich hinder mir lassen, dass ich Christum allein meinen herrn wil lassen sein*, non solum scriptura et fide, sed experientia etiam, *dann* [24]) *er hat es an mir beweiset.* Ideo habeo rem et experientiam cum scriptura. *Aber es ist mir warlich sauer worden.* [25])

[*fol. 579*[a]] D. Martinus consolans suam ministram *muhme Lehna*, dixit, *sie soltte noch mit ihm tzu grabe gehen vnd er ihr nicht*, quod euenit. [26])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 276 sq. cap. 48. §. 39.

15) Mors patris Lutheri.] *Sectio sic inscripta in solo* Cod. fol. 578[b] lin. 4 — 8. *legitur.*

16) D. M. Lutherus] *Sectio sic ordiens, quae finitur verbis: „es ist mir warlich sauer worden“, in* Cod. fol. 578[b] lin. 9 — 24. *legitur, ap.* Reb. *autem, excepta parte eius extrema,* II. fol. 22[b] lin. 23. — fol. 23[a] lin. 5.

17) Hans Metzsch (Cod.: Mesch)] Reb. *habet siglas:* H. M.

18) non potuit accedere — sed] Reb.: propter aegritudinem languens, nuptias praefecti H. M. visitare non potuit. At

19) *mumschantze*] *i. q. Mummenschanz*, incessus personatus.

20) eum accessit — H. Metzsch (Cod.: Mesch)] Reb.: Mart. Lutherum accessit, et cum illo lusit propter materiam aliquam absconditam, cum perdidisset, interrogauit, quid esset numerandum, quanti constitisset? Respondit Mar. Luth. [*i. e.* Luthero]

21) a. peccatum meum, — Doctor] Reb.: a. peccatum, absolui cupio, suspirans Mart. Lut.

22) in fronte illius] Reb.: in illius fronte

23) hunc scortatorem.] Iohannem Metzsch praefectum *propter* scortationem *a* Luthero *antea excommunicatum esse refertur in* huius Ed. meae Tomo I. p. 26 sqq.

24) *dann*] *sic scripsi*; Cod.: *wann*

25) *Das wil ich — — sauer worden.*] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

26) D. Martinus consolans — — quod euenit.] *haec sectio et subsequens* „Loquens de suo morbo — — adhuc timendum est.“ *in solo* Cod. fol. 579[a] lin. 1 — 3. *et* lin. 4 — 13. *exstant.*

Digitized by Google

Loquens de suo morbo letali*) sine spe humana dixit, sese orasse, ne Schmalkaldiae moreretur, et abductum in Tambach bibisse uinum rubellum tenue, et ita uesica aperta sese miraculose seruatum. Ideo inscripsit parieti: Tambach est mea Phanuel, ibi apparuit mihi Dominus. Si fuissem mortuus, certe papistis in maius exitium. Nam me mortuo alij Doctores non seruabunt talem Epijkian, sicut experti sumus in Zuinglio, Carolostadio et in multis adhuc timendum est.

Monasterium inuito patre ingressus sum, et laetante iterum egressus. Nam die primitiarum mearum, *der ersten messe*, obijciebat mihi: [27]) Fili nescis, [28]) quod patrem honorare debuisti. In Missa incipiens uerba Canonis: Te igitur clementissime etc. [29]) ita horrui, ut fugissem de altari, nisi fuissem admonitus per priorem. [30]) Nam quis potest ferre maiestatem Dei sine mediatore? Deus [31]) uoluit me prius illos terrores experiri. [32])

Romae me fuisse non magno uenderem, **) quia non credidissem extremam malitiam, quae ibi est. [32a]) Causa profectionis erat Confessio, quam uolebam a pueritia usque texere *vnnd from werden*. Erphordiae bis talem feci confessionem, [*fol. 579*b] et inueni indoctissimos homines Romae. [33])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 252. cap. 47. §. 15. sect. 1.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 690. cap. 77. §. 2.

27) obijciebat mihi] *haec ipse addidi, in* Cod. *desunt.*
28) Monasterium inuito patre — — Fili nescis,] Reb.: Cum Monasterium ingressus essem, in die primitiarum mearum, habui patrem aduersantem, quo inuito monasterium ingrediebar (*pro:* ingrediebar), obijciebat enim mihi, fili nescis, — *Haec sectio terminata verbis*: illos terrores experiri, *quae in* Cod. fol. 579a lin. 14 — 20. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 13b lin. 17 — 27 med. *exhibetur.*
29) debuisti. In Missa — etc.] Reb.: debuisti, etc. In Missa vero, cum verba canonis inciperem: Te igitur Deum clementissimum, etc.
30) ut fugissem — per priorem.] Reb.: vt de altari fugissem, nisi per priorem fuissem admonitus.
31) Deus] Reb.: Sed Deus
32) experiri.] Reb.: experiri alijs in consolationem.
32a) Romae me fuisse *etc.*] *conf.* horum colloquiorum lat. Tom. I. p. 161. 165.
33) Romae me fuisse — — indoct. homines Romae.] *haec, quae in* Cod. fol. 579a lin. 21. — fol. 579b lin. 1. *leguntur, ap.* Reb. II. fol. 14b lin. 19 med. — 27. *sic referuntur*: Nam eodem anno [*scil.* anno 1510. quo D. Staupitius Romae fuit] Romam profectus sum, quod magni vendere non vellem, quia non credidissem extremam illam malitiam, quae Romae floret, causa profectionis meae erat confessio, quam volebam a pueritia vsque texere, et pietatem exercere. Erphordiae talem confessionem generalem bis habui. Sed homines indoctissimos Romae inneni, qui me plus offendebant quam aedificabant.

Digitized by Google

OCCASIO SCRIPTORVM LVTHERI. [34])

Ego noueram [35]) ex decreto, in quo clare id expressum est, damnari, [36]) qui animas ex purgatorio liberare uolunt. [37]) Putabam me gratificaturum papae, sed damnabar. [38]) Ibi cogebar me defendere. *Hette ich die sache so weit gesehenn, als sie gott lob kommen ist, so hette ich das maul gehalten,* sed me tacente *wer es viel erger mit dem babstumb worden,* principes et magistratus incitati eius uiolentia, tandem eum deposuissent. Ego moderate [39]) egi, sed tamen cum [40]) maxima eorum ruina. Ego maximus papista fui, insuper Romae *habe ihre schalckheit gesehen, ihre kunst gelernt vnnd getrieben, darfur solt der Teuffel wol 100000 fl. geben, dass ichs nicht wuste.* [41]) Ita factum est in conuersione Pauli, *do der heilige* pharisaeus *von Juden abfiel, reiss er ein gross loch in die* synagoga. [42])

D. Martinus Lutherus per 25 annos saepius quater uno die concionatus est. Cum esset Erphordiae Baccalaureus, laeso crure domi lateret, didicit sua sponte in testudine *vnnd auch abesetzen.* [43])

---

34) Occasio scriptorum Lutheri.] Reb. II. fol. 14b extr. *habet inscriptionem:* D. M. L. Occasio scribendi contra Papam. — *Huic inscriptioni et subsequentibus verbis a* Rebenstockio fol. 15a lin. 1—17 med. *interposita sunt ea, quae infra e* Cod. fol. 580b lin. 12—20 *referentur, quibusdam additamentis in principio et fine auctis.*

35) Ego noueram] Reb.: Noueram enim

36) damnari,] Reb.: eos damnari,

37) liberare uolunt.] Reb.: liberari volunt.—*Haec verba:* Ego noueram—liberare uolunt, *quae in* Cod. fol. 57b lin. 2—4 med. *illam inscriptionem subsequuntur, ap.* Reb. *paulo inferius, aliis praemissis* (*conf.* nota 34.), fol. 15a lin. 17 med. — 199 med. *leguntur.*

38) putabam me — damnabar (Cod. *male:* damnabor).] Reb.: Arbitrabar me papae gratificaturum, sed illico damnabat. — *Verba:* putabam me *et sequentia usque ad:* „*in die* synagoga", *quae in* Cod. fol. 579b lin. 4 med. — 16. *leguntur, ap.* Reb. *loco quodam interposito, paulo inferius* fol. 15a lin. 25 med. — fol. 15b lin. 10. *exhibentur.*

39) *Hette ich die sache* — moderate] Reb.: Ego si vidissem meum incoeptum in tantum dilatari, sicut Deo iuuante factum est, os meum certe obturassem, sed me tacente, papatus in meram malitiam redactus fuisset. Nam principes et magistratus eius violentia irritati enm deposuissent. Ego vero moderati (*pro:* moderate)

40) cum] *sic* Reb.; Cod.: Causa

41) Ego maximus papista — *ichs nicht wuste.*] Reb.: Nam insignis eram Papista, et Romae conspiciebam illorum errores, sic enim artificium Papae didiceram ac perfeceam, quare Sathan centena millia flo. exponeret, vt malitiam illorum modo rignoram (*pro:* ignorarem),

42) *do der heilige — in die* synagoga.] Reb.: cum sanctus ille Pharisaeus discedebat a Iudaeis, maximum Synagogae inferebat detrimentum.

43) D. Mart. Lutherus per 25 — — *auch abesetzen.*] *haec in solo* Cod. fol. 579b lin. 17—20. *exstant.*

Digitized by Google

Nuntius quidam uenit [44]) ad Lutherum significans rumores in Italia [45]) ortos de morte Lutheri. Et epitaphium scriptum esse [46]) Hebraeis, Graecis et Latinis uerbis, petiuit [*fol. 580a*] autem, *weil er ihn beim leben findet, er wolle ihm eine schrifft von seinem grabe geben*, qua posset istos turbatos [47]) iterum consolari. Martinus Lutherus subridens dixit: *das ist mir ein wunderliche bitte, der schriefft habe ich noch mein lebentage keine geschrieben von meinem begrebnuss*, [48]) et tandem scripsit ei his uerbis:

D. M. Lutherus mortuus iactatus et eius testimonium etc. [49])

Ich Doctor Martinus Luther beken mit dieser meiner handtschriefft, dass ich mit dem Teuffel babst vnnd allen meinen feinden gar eines sinnes bin. Dann sie wolten gerne, dass ich gestorben were, vnnd ich gönnete ihnen von hertzen solche freude, vnnd wer wol gerne gestorben tzu Schmalkalden, aber gott hatt noch nicht wollen solche freude bestetigen. Er wirdts aber thun, ehe dan sie meinen, nicht tzu grossem gluck, vnnd werden einmal singen: Ach dass nur der Luther noch im leben were. Das ist die abschriefft von meinem grabe Deutzsch, Grichisch, Lateinisch, Hebraeisch. D. M. Lutherus *hat 7 bebste erlebet.* [50])

Tumultuantibus Rusticis D. Lutherus concionatus est Nordthusiae, adhortans ad patientiam monstrata imagine Christi cru-

---

44) Nuntius quidam uenit] *Sectio ab his verbis ordiens, quae finitur verbis: „hat 7 bebste erlebet“*, in Cod. fol. 579b lin. 21. — fol. 580a lin. 20., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 17a lin. 1—22. *legitur.*

45) rumores in Italia] Reb.: in Italia rumores

46) scriptum esse] Reb.: esse scriptum

47) petiuit autem, *weil* — istos turbatos] Reb.: vrgens dum esset adhuc in viuis, ille suum Epitaphium descriptum impartire, vt posset turbatos

48) *das ist mir — begrebnuss,*] Reb.: haec est petitio mirabilis, ego per dies vitae meae nunquam scripsi de meo sepulchro Epitaphium

49) D. M. Lutherus — test. etc.] *haec inscriptio a* Reb. *abest.*

50) *Ich Doct. Mart. Luther — — hat 7 bebste erlebet.*] Reb.: Ego M. L. D. me cum omnibus meis hostibus et aduersarijs, cum Diabolo et Papa sentire hoc meo Chirographo fateor, ipsi enim ex animo, me extinctum esse, optant, ego quoque me Schmalkald mortuum esse optassem, vt laetitia illorum esset impleta, Deus autem hanc laetitiam aduersariorum meorum nondum confirmare voluit, tamen suo fiet tempore, sed (Reb.: sed nam) in ignominiam et confusionem illorum, quod esset canere cogantur: ô si Lutherus adhuc esset in viuis, etc. Haec est descriptio mei Epitaphij, quod Germanice, Graece, Hebraice, Latine scriptum.

Digitized by Google

cifixi. quidam eum [*fol. 580b*] subsannarunt motis campanulis. si unicus gladius fuisset eductus, *so wers gangen.* Tandem principem ad resistendum monuit, quia fuerunt in ea opinione non esse resistendum. [51])

Cuculla Lutheri. Difficulter cucullam meam deposui, *sie war also beschäbet,* ut D. Hieronymus [52]) mihi saepe offerret pecuniam ad nouam. Et princeps misit optimum pannum, *schwartzen sammet* ad aliam cucullam uel uestem, [53]) *vnnd geriedt tzu rocke.* [54])

INITIVM CVM TETZELIO. [55])*)

Tetzelij abominationes palpabiles, Indulgentias [56]) esse reconciliationem inter Deum et homines, imo ualere, etiamsi homo non poeniteret et existeret sine contritione. Item si quis Beatam uirginem impraegnasset, posset eum absoluere. Item de futuris peccatis promisit remissionem. Item Crucem papae erectam aequiualere Cruci Christi. Ista portenta me mouebant, ut me opponerem non propter aliquem honorem aut quaestum. [57]) Primo [58]) in terram prostratus orabam

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 240 sq. cap. 27. §. 121.

51) Tumultuantibus Rusticis — — non esse resistendum.] *haec sectio in solo* Cod. fol. 580a lin. 21. — fol. 580b lin. 4. *invenitur.*

52) D. Hieronymus] *scil.* D. Hier. Schurff.

53) uestem] Cod. *calami err.*: festem

54) Cuculla Lutheri. Difficulter — — *geriedt tzu rocke.*] *Huic sectioni in* Cod. fol. 580b lin. 5—9. *exhibitae ea, quae ap.* Reb. II. fol. 13b lin. 27 med. — fol. 14a lin. 4 med. *leguntur, ex parte quidem respondent, sed magis congruunt cum illo loco, quae in* Cod. fol. 585b lin. 6 med. — 12 med. *exhibebitur, quapropter* Rebenstockii *locum aptius cum hoc loco* Codicis *inferiori conferam.*

55) Initium cum Tetzelio.] *huius inscriptionis loco* (Cod. fol. 580b lin. 10. 11.) *ap.* Reb. II. fol. 14b lin. 28. 29. *legitur illa, quam supra* p. 173. nota 34. *attuli.*

56) Indulgentias] Cod. *calami err.*: Indulgentios

57) Tetzelij abominationes — — aut quaestum.] *haec, quae in* Cod. fol. 580b lin. 12—20 med. *leguntur, a* Reb. II. fol. 15a lin. 1—17 med. *cum additamento* (lin. 1—5 med.) *praefixo sic referuntur*: Postquam Antichristus Papa, homo peccatis et filius perditionis Ecclesiam Christi suis erroribus et superstitionibus obscurasset, tandem tempore illius impleto, verbo Dei et spiritu oris sui reuelandus fuit. Nam Tetzelius palpabiles abominationes diuulgauit. Primo indulgentias Papae valere, etiamsi homo non poeniteret, et sine contritione vineret. Secundo, Indulgentias esse reconciliationem inter Deum et homines. Tertio, si quis beatam virginem impraegnasset, eum posset absoluere. Quarto, de futuris peccatis promisit remissionem. Sanct. Crucem Papae erectam aeque valere cruci Christi. Ista portenta me mouebant, vt me illi opponerem, non propter aliquem honorem aut quaestum, sed propter gloriam Christi vindicandam. *His ap.* Reb. II. fol. 15a lin. 17 med. — 19 med. *proxime adiuncta sunt ea, quae in* Cod. fol. 579b lin. 2 med. — 4 med. *leguntur* (*vide supra* p. 170. notam 37.).

58) Primo] Reb.: Ideo primum

Digitized by Google

Deum, ut [59]) mihi adesset. Nondum uidi tantas papae abominationes, [60]) sed tantum crassos abusus. [61]) Ideo primum supplex scribebam [62]) ad Episcopum Brandeburgensem et [63]) Moguntinum, nisi [64]) hoc malum tollerent, me contra [*fol. 581*[a]] scripturum. [65]) Episcopi miserunt [66]) meum scriptum Tetzelio, quo semel atque iterum relecto dicitur ad ministrum clamasse: ***Veit, wirdt das offenbar werden vnd in Teutzschlandt kommen, so wirdt vnns der teuffel bescheissen.*** Tunc Episcopi, ut petiueram, remittebant mihi scripta mea. [67]) Abbas de Salin imperabat mihi silentium, sed ipsi nolebant tacere, meque irritabant ad scribendum. [68]) Et gratias ago [69]) Deo, qui per me miserum et pauperem mendicum regnum illud mendaciorum oppugnauit, ***ist dennoch matt gemacht, es ist aber so scheutzlich, dass es ihm gott selber furbehalten hat tzu dempfen, darumb wirdts ihm Ernst sein,*** [70]) sicut Paulus ait: [71]) spiritu oris sui et illustratione aduentus sui eum [72]) eradicabit. ***indess werden die bischoffe geschwecht im keller vnnd in der kuchen.*** habebunt protectores, deuoratores, [73]) si Caesar exercitum ad illos miserit, ***so sollen sie die*** Hispani ***recht tzur schule furen,***

---

59) orabam Deum, ut] Reb.: Deum orabam, quo
60) papae abominationes] Reb.: abominationes Papae,
61) crassos abusus.] ***sic*** Reb.; Cod. ***habet solam vocem:*** crassos.
62) supplex scribebam] Reb.: scribebam supplex
63) et] Reb.: ad
64) nisi] Reb.: quo
65) me contra scripturum (Cod.: scripturam)] Reb.: me alias publice confutaturum. — ***Hic locus:*** Ideo primum in t. — confutaturum. ***ap.*** Reb. II. fol. 15[a] lin. 19 med. — 25 med. ***legitur*** (***conf.*** nota 57.).
66) Episcopi miserunt] ***haec et sequentia usque ad huius sectionis verba extrema: „tzu Hildesheim schon eingenomen", quae in*** Cod. fol. 581[a] lin. 1 med. — 20. ***leguntur, ap.*** Reb., ***aliis interpositis*** (***vide supra*** p. 170. notam 38.) ***paulo inferius*** fol. 15[b] lin. 11—31. ***exhibentur.***
67) Episcopi miserunt meum sc. — scripta mea.] Reb.: Ita Episcopi mea scripta miserunt ad Tetzelium, qui semel atque iterum relectis in Gutterbach, ad ministrum suum clamasse dicitur: Diabolus, mi Vite, defaedabit nos, si nostra malitia et fucus noster in Germania manifestatur, et ita Episcopi mea scripta remiserunt.
68) Abbas de Salin — ad scribendum.] ***haec ap.*** Reb. ***non reperiuntur.***
69) Et gratias ago] Reb.: Gratias igitur ago
70) ***ist dennoch matt — Ernst sein,***] Reb.: maxime tamen regnum papae debilitata est, et tam horribile est regnum, quod esset Deus ipse, illud destruere sibi reseruauit, ideo magna cum seueritate efficiet.
71) ait:] Reb.: ait 2. Thess. 2.
72) eum] Reb. ***typ. err.***: cum
73) ***indess werden*** — deuoratores,] Reb.: Interim potestas Episcoporum tam in cellario quam in culina eorum, interire incipiet, protectores eorum deuoratores,

Digitized by Google

sie werden tzu drummern gehen. Princeps de Brunschweig *hat das bissthumb tzu Hildesheim schon eingenomen.* [74])

AVLAE FVGA.

D. Martinus uocatus in aulam ad principem per secretarium dixit: *Ich gehore in die heilige schriefft vnnd nicht in hoffe sachen. Ich sol mit federn* [*fol. 581b*] *vnnd dintten vnnd* pennalibus *vmbgehen, sie sollen des schwerttes wartten, das ihnen beuolen ist.* [75])

AMBITIO CAROLOSTADII. [76])

Carolostadius fuit ualde ambitiosus. D. Lutherus contulit cum eo de disputatione cum Eccio Lipsiae habenda de primatu papae, quae erat odiosissima. Ipse diu tacens, tandem per Ambsdorffium significauit se male affectum, *denn er wolde gleich so gerne ehre haben als ein ander.* Obtulit ergo ei Lutherus primum honorem, quamuis satis frigidus esset in disputatione, nullum argumentum confutans. Dux Georgius noluit concedere Luthero saluum conductum. Nec Elector uoluit ab eo petere orante Luthero, quia norat Elector importunitatem D. Georgij. Tandem Lutherus sub umbra et specie Carolostadiani [76a]) conductus Lipsiam ingressus est, et Eccius saluum conductum impetrauit, cum quo in arenam descendit.

LVTHERI CVRRICVLVM. [77])

Anno 1505 promotus sum in Magistrum, eoque anno ingressus sum monasterium. [78]) Octauo [79]) ueni Witteber-

74) *so sollen sie — schon eingenomen.*] Reb.: Hispani illos egregie vexare et macerare debent. Nam princeps de Bruntznig Episcopatum Hildesheimensem inuasit, similiter alij Principes faciunt.

75) Aulae fuga. D. Martinus — — *ihnen beuolen ist.*] *haec, quae in* Cod. fol. 581a lin. 21. — fol. 581b lin. 2. *leguntur, a* Reb. II. fol. 19b lin. 12—18. *sic referuntur*: Deinde in aulam ad principem Electorem per secretarium vocatus dixit: Sacram scripturam summa diligentia exponere et tractare impositum est mihi, non sum vocatus ad aulam, sed ad Ecclesiam, scribere et legere mei est officij, Magistratus autem officium est vti gladio, qui illi commendatus est.

76) Ambitio Carolostadij.] *sectio sic inscripta in solo* Cod. fol. 581b lin. 3—17. *invenitur.*

76a) Carolostadiani] *sic scripsi;* Cod.: Carolostadium

77) Lutheri curriculum.] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 581b lin. 18. — fol. 582a lin. 12. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 12b lin. 1—16. *invenitur.*

78) ingressus sum monast.] Reb.: monasterium ingressus sum Erphordiae

79) Octauo (*i. e.* anno 1508.)] Reb. *typ. err.*: 80.

Digitized by Google

gam. [80]) Nono et decimo abij Romam. [81]) Anno 12. die Lucae promotus sum in Doctorem Theologiae [*fol. 582a*] per Dominum Andream Carolostadium. [82]) Mox legi [83]) psalterium, Epistolam ad Hebraeos, deinde ad Romanos, Titum. [84]) Anno 17 incepi scribere contra Tetzelium de poenitentia et indulgentijs. Decem praecepta. Et iterum psalmos operationum [85]) legi, a quibus lectionibus impeditus sum, *muste mich mit dem babst vnnd sophisten bleuen.* [86]) Deinde ad comitia Wormatiam uocabar, ibi quiescebam fere biennium ac scripsi postillas et aliquos psalmos. [87]) Deinde iterum cum papa [88]) pugnabam, cum schwermerijs. [89]) Postillam autem aestiualem plane reiecit, nouamque per D. Crucigerum promisit. [90])

Quidam pastor prope Zerbest paupertate coactus est suam deserere uocationem. Respondit D. M. Lutherus: Haec omnia sunt praeparationes ad iram Dei et plagas. *wir wollen den armen gottes dienern nicht tzu essen geben, so wirdt vns gott widerumb nicht tzu essen geben.* [91])

Gott hat vnns wunderlich ex tenebris scholasticorum et sophistarum *gefüret, vnnd hat mich doch vnwissentlich in das spiel gefüret, nu vber das 20. Jar. wie gar schwechlich ging es Erstlichen, do wir* [92]) anno 17 post omnium sanctorum [93]) *kegen Kemberg tzogen,* [94]) ubi ego [*fol. 582b*] primo propo-

---

80) ueni Wittebergam.] Reb.: Witebergam veni.
81) Nono et decimo abij Romam.] Reb.: 10. [*i. e.* 1510.] Romam abij.
82) Anno 12. die Lucae [*i. e.* 18. Octobr.] prom. — Carolostadium.] Reb.: 120. [*falso pro* 12. *i. e.* 1512.] in Doctorem Theologiae, a D. And. Carolostad. promotus sum.
83) legi] Reb.: declarani
84) ad Hebraeos, deinde ad Romanos, Titum.] Reb.: ad Rom. Hebr. Titium (*pro*: Titum).
85) incepi scribere — ps. operationum] Reb. contra Tetzelium de poenitentia scripsi, errores de indulgentijs refutani, 10 praecepta declarani, et Psalmos operationem (*pro*: operationum)
86) *muste mich — bleuen.*] Reb.: per Papam et Sophistas.
87) Wormatiam uocabar, — postillas (Cod.: postilla) et al. psalmos.] Reb.: vocabar Wormatiam. Inde fere biennio quiescebam, Postillas componens, et aliquot Psalmos enarrans.
88) cum papa] Reb.: contra Papam
89) cum schwermerijs.] Reb.: et contra Swermeros.
90) Postillam autem — promisit.] *haec a* Reb. *absunt.*
91) Quidam pastor — — *tzu essen geben.*] *haec, quae in* Cod. fol. 582a lin. 13 — 18. *leguntur, ap.* Reb. *h. l. desunt.*
92) *wir*] Cod.: *mir*
93) post omnium sanctorum] *i. e.* post d. 1. Nov.
94) *Gott hat vns wunderlich — — g. Kemberg tzogen.*] Reb.: Deus autem modis mirabilibus contra papam incitauit. inceptum meum in primis erat valde infirmum, An. 17. cum nos post omnium sanctorum versus Kembergam proficiscebamur,

Digitized by Google

sueram scribere contra crassos errores indulgentiarum. [95]) Ibi D. Hieronymus Schurff [96]) restitit mihi dicens: ***was wollet ihr machen? man wirdts nicht leiden.*** [97]) Ego respondi: ***wie, wan mans muste leiden?*** [98]) Mox prodijt in arenam Syluester, Magister sacri pallatij fulminans contra me [99]) hoc syllogismo: Quicunque dubitat de dicto aut [100]) facto Romanae Ecclesiae, est haereticus. Martinus Lutherus dubitat. ***do ging es an.*** [1]) Nam papa tripliciter distinguit Ecclesiam. Essentialiter [2]) est ipsum corpus Ecclesiae. Secundo Repraesentatiue [3]) est collegium Cardinalium. Tertio Virtualiter est ipse papa. Ibi nulla fit [4]) mentio Concilij. Nam papa uult esse Ecclesia [5]) uirtualis supra scripturam et autoritatem Concilij. [6]) Dux Georgius tantum zelat [7]) pro autoritate Ecclesiae essentialis. [8])

Princeps Anhaldinensis Electoris commissarius inuitauit in Torga M. Lutherum ad uenationem sequentis diei et coenam. Respondit: Ego ea de causa huc missus sum. ***Ich bin aber nicht ein solch weideman tzu wielde. Ich iage den babst, Cardinel, bischoff, Tumhern vnnd mönche.*** [9])

---

95) proposueram — indulgentiarum.] Reb.: contra crassos errores indulgentiarum scribere proposueram
96) D. Hier. Schurff] Reb. ***habet siglas***: D. H. s.
97) restitit mihi — ***leiden.***] Reb.: acerbe mihi restitit, dicens: quid agere vis, tuari (***typ. err. pro:*** tuam) increpationem non ferrent,
98) ***wie, wan m. m. leiden?***] Reb.: quid autem fiet, si ferre cogantur?
99) Syluester, Magister s. pallatij (Cod. ***falso***: palladij) fulm. contra me] Reb.: contra me Syluester Prierias, Sacri Pallatij Magister, fulminans
100) aut] Reb.: et
1) dubitat ***do ging es an.***] Reb.: dubitat. Ergo, etc. statim ignis vere incipiebat.
2) Essentialiter] Reb.: 1. Essentialiter
3) Sec. Repraesentatiue] Reb.: 2. Repraesentatiue
4) fit] Reb.: sit
5) Ecclesia] Cod. ***male***: Ecclesiam
6) scripturam et autoritatem Concilij.] Reb.: scripturae et concilij authoritatem.
7) zelat] ***sic recte*** Reb.; Cod.: celat
8) ***Gott hat vnns wunderlich*** — — Ecclesiae essentialis.] ***haec sectio in*** Cod. fol. 582[a] lin. 19. — fol. 582[b] lin. 16 med., ***ap.*** Reb. ***autem*** fol. 14[a] lin. 24 med. — fol. 14[b] lin. 14. ***legitur.***
9) inuitauit in Torga — — ***vnnd mönche.***] Reb.: M. L. inuitabat Torgam ad venationem et ad coenam sequentis diei. Resp. M. L. Ego ea de causa et ad hoc sum missus, ego vero non sum venator ferarum, sed papae, Episcoporum, Canonicorum et Monachorum. — ***Haec sectio:*** „Princeps Anhaldinensis — — ***Tumhern vnnd mönche“, quae in*** Cod. ***praecedenti sectioni continua serie annexa,*** fol. 582[b] lin. 16 med. — 21. ***legitur, ap.*** Reb. II. fol. 19[b] lin. 6 med. — 11. ***reperitur.***

Digitized by Google

D. M. Lutherus hortabatur [10]) uxorem ad diligentem lectionem praecipue psalterij et auditum uerbi. Ipsa uero se satis legisse, audiuisse et scire gloriabatur, [*fol.* 583ª] *woltte gott, sie lebete darnach.* [11]) Respondit ipse [12]) suspirans: *Also hebet sich* fastidium *vnnd* contemptus uerbi *an, das wir vnns viel lassen duncken, wollens gar wissenn, vnnd thun doch das widerspiel vnnd wollen vngestrafft sein.* [13]) Haec sunt praeparatio et parasceue [14]) futuri mali et famis uerbi diuini. *do würden eittel neue* Commentaria *kommen* et negligetur [15]) scriptura. Ideo mallem meos libros non excudi [16]) propter rottenses futuros, *die alles vnglück anrichten werden.* [17]) Nam ego in prioribus libris multum papae [18]) tribui. Deinde paulatim mitius tractaui locos scripturae, *wie ichs die tzeit gelesen hatte.* [19])

Fateor me esse filium rustici *von Moer bey Eyssleben, bin dennoch Doctor der heiligen schrifft,* aduersarius papae, *dass mir der babst gram ist, ist er nicht tzuuerdencken, er hat wol vrsach, aber nicht billiche.* [20])

Dicebatur de Bucero, quod multis curis et laboribus conficeretur [21]) et senesceret, uixdum quinquagenarius. Respondit D. M. Lutherus: *Es konnen gedancken einen wol alt ma-*

---

10) D. M. Lutherus hortabatur] Reb.: Deinde hortabatur — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 582ᵇ lin. 22. — fol. 583ª lin. 12 med., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 19ª lin. 11 med. — 27 med. *legitur.*

11) *woltte gott — darnach.*] Reb.: si modo vitam suam iuxta verbum auditum et lectum instituere posset,

12) ipse] Reb.: M. L.

13) *Also hebet sich — — vngestrafft* (Cod.: *vngeschafft*) *sein.*] Reb.: Ach sic fastidium et contemptus verbi incipit, cum nos multa posse et effecisse in Dei verbo existimamus, contrarium tamen fit vndique, etsi corripi volumus

14) praeparatio et parasceue] Reb.: parasceue et praeparatio

15) *do würden eittel neue* (Cod.: *nauhe*) comm. *kommen,* et negl.] Reb.: noua tunc commentaria scribantur. Negligetur

16) excudi] *sic scripsi;* Cod.: exuti, Reb.: executi publice,

17) propter (Cod.: propte) rottenses — *werden.*] Reb.: propter futuas (*pro*: futuras) sectas, quae mala multa instituent.

18) multum papae] Reb.: Papae multum

19) locos script. — *gelesen hatte.*] Reb.: scripturae locos. Sicuti isto tempore legeram.

20) Fateor me esse — — *nicht billiche.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 583ª lin. 12 med. — 16. *praecedenti continua serie adiuncta est, ap.* Reb. II. fol. 18ª lin. 8 — 12. *sic refertur*: Nam ego sum rustici filius de Moër circa Islebiam, attamen sum Doctor sacrae scripturae, aduersarius summus papae, papam autem me odio prosequi, non est mirum, habet quidem causam odij sui aduersus me, sed non iustam.

21) conficeretur] Cod. *male*: confiteretur

Digitized by Google

chen, deinde etiam labores. *Ich habe vorweilen auch gearbeittet*, saepe uno die 4 conciones habui. *Ich habe eine gantze faste tzweimal geprediget vnnd einmal gelesen teglich, do ich erstlich die tzehen gebott predigtte* in magna [*fol.* 583b] frequentia. Erat enim insolita et noua Catechismi praedicatio. [22])

Philippus Melanthon in depositione obiurgabat [23]) deponendum: noli tam inconsiderate respondere et temere erumpere, quia plura nescimus quam scimus. Respondit D. M. Lutherus: Ionas semel dixit se omnia scire in scripturis sacris, et subirascebatur, quod non conniuerent illi. sed ego scio me multa nescire. *Ich habe 25 Jar geprediget vnnd verstehe den* locum *noch nicht:* Iustus ex fide uiuet.

FIDELITAS LVTHERI.

Anno 38. 8 Octobris quamuis sciret Electorem esse Witebergae, noluit discedere ex Grunau, Iona ibi infirmante ex calculo.

OCCASIO ET CVRSVS EVANGELII REVELATI.

Loquebantur apud D. Lutherum de Cursu Euangelij, quod mirabiliter initio processisset. [24]) Respondit D. M. Lutherus: Ingenue fateor, me hanc arduam causam non meo proposito coepisse. Nam talis [25]) eram papista, ut contra Erasmum

---

22) Dicebatur de Bucero — — Catechismi praedicatio.] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 583a lin. 17. — fol. 583b lin. 2. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 16b lin. 13 med. — 24 med. *varie mutata (proxime post verba, quae infra in* nota 54. *afferentur) sic exhibetur:* decem enim praecepta in multis concionibus populo proposui, praedicatio enim Catechismi in magna frequentia auditorum, erat res insolita et noua, Deus mihi astitit, nunquam enim ex scriptura aduersariorum meorum vix dimidiam folij partem legi, tanta tamen inutilia et indocta proponunt argumenta, quod vix inuenire potui, illis satis ad illorum nugas respondere, illas refutare, nam si contra Dei verbum loquuntur et scribunt, facile illorum errores et nugae conspiciantur et manifestantur.

23) Phil. Mel. in depos. obiurgabat (Cod. *calami err.:* obiuriabat)] *haec sectio et subsequens in solo* Cod. fol. 583b lin. 3 — 10. *et* lin. 11 — 13. *leguntur.*

24) Occasio — processisset.] Reb.: Assidebant quidam Lipsenses et loquebantur de cursu Euangelij, quod initium mirabiliter processisset. — *Sectio sic ordiens et terminata verbis:* „Domini consilio *geschehen* etc." *in* Cod. fol. 583b lin. 14. — fol. 584a lin. 7., *ap.* Reb. *vero* II. fol. 16a lin. 1 — 23 med. *legitur.*

25) talis] Reb.: insignis

Digitized by Google

papatum perstringentem scriberem, [26]) sed Deus me mirabiliter per interualla et occasiones [27]) ad hanc causam uocauit. *Ich hette Erstlich holtz dartzugetragen vber einen solchen ketzer*, *der* Missam, Coelibatum etc. *hette angriffen.* [28]) Hoc etiam multum adiuuabat [29]) Euangelij cursum, quod anno 19. Maximilianus moriebatur, [30]) ubi in [31]) interregno papistae [32]) mirum [*fol. 584a*] in modum [33]) contra me scripserunt, *do muste ich mich wehren*, ac retulit [34]) historiam et colloquium [35]) cum Carolo de Miltitz, [36]) qui rosam Aldenburgam afferens contulerat cum Luthero lachrimans, reprehendens Tetzelium mirum in modum, [37]) quod sua importunitate occasionem disputandi dedisset. *Es ist* Domini consilio *geschehen* etc. [38])

Valedictio N. Haussmanni profecturi Fribergam ad uocationem Lutheri: Vade mi Domine Hausmanne, Deus tecum erit teque confortabit, noli frangi, non tua res, sed Christi filij Dei res agitur. Haec cum loqueretur, coepit lachrimari uterque una cum astantibus. [39])

D. praeceptores dicebant de sagacitate ingenij [40]) D. M. Lutheri, qui res grauissimas perspiceret ante euentum. Respondit: [41]) Nequaquam, sed se esse hominem simplicissi-

---

26) scriberem,] Reb.: scribere tentarem.
27) per interualla et occasiones] Reb.: per occasiones et interualla
28) *Ich hette Erstlich — angriffen.*] Reb.: ego profecto attulissem in primis ligna et ignem ad comburendum talem haereticum, qui contra Missam, coelibatum et inuocationem sanctorum aliquid scripsisset,
29) adiuuabat] *sic* Reb.; Cod.: adiuuabit
30) quod — moriebatur,] Reb.: cum anno 19. Maximilianus Caesar moreretur,
31) in] *ap.* Reb. *deest.*
32) papistae] *sic* Reb.; Cod.: papista
33) mirum in modum] Reb.: acerbe
34) *do muste* — ac retulit] Reb.: ibi me defendere cogebat (*pro*: cogebar). Deinde recitauit
35) colloquium] Reb.: colloquium suum
36) Miltitz,] Reb. *male*: Militz,
37) rosam Aldenburgam — mirum in modum,] Reb.: rosam auream Electori Aldeburgum adferebat et ibi cum Luthero lachrimans contulerat, Tetzelium valde repraehendens,
38) *Es ist* D. cons. *geschehen* etc.] Reb.: Domini autem consilio sic factum est, vt ita sub infirmitate procederet.
39) Valedictio N. Hausmanni — — cum astantibus.] *haec in solo* Cod. fol. 584a lin. 8 — 13. *inveniuntur.*
40) D. praeceptores dic. de sag. ingenij] Reb.: Multi Doctores commendabunt ingenium et sagacitatem — *Sectio sic incipiens in* Cod. fol. 584a lin. 14. — fol. 584b lin. 2., *ap.* Reb. *vero* II. fol. 23b lin. 28. — fol. 24a lin. 6. *legitur.*
41) perspiceret ante eu. Respondit:] Reb.: ante euentum prospiceret. Resp. M. L.

Digitized by Google

mum, [42]) qui facile posset decipi, [43]) sicut philomela auis omnium [44]) simplicissima facillime capitur, ita et sibi facile imponi. D. M. Lutherus priusquam scriberet contra Moguntinum, erat sollicitus, sed cum coepisset, fluebat stylus. Interrogatus de celeritate calami sui, respondit: In conceptu parturio. Nam omnia argumenta et singula uerba diligenter considero ex omnibus partibus, *dass mich solcher bucher concept viel stehet*, qualis erat liber de abroganda [*fol. 584*^{b}] missa, sed papistae et aduersarij nostri erumpunt et blaterant [45]) scribentes quidquid in mentem uenit. [46])

Mentio fiebat successus Euangelij nostro seculo, quod mirabiliter sub infirmitate processisset. Respondit: *wans die papisten in dem fasse hetten, wie vor 2 Jaren*, in Comitijs Wormatiensibus, *sie geben ettliche bisthumb vnd Cardinalat drumb*, [47]) sed Deus uoluit regnum Antichristi reuelari. [48]) Ipsi noluerunt [49]) me ferre tacentem, si et ipsi tacerent. Et intempestiuis [50]) consilijs rem tentarunt. Nam cum Caesar me citasset Wormatiam, [51]) mandato propria manu subscripto, tertia feria, statim quarta feria me [52]) concluserunt, non opinabantur me uenturum, sed ego utcunque timidus, spiritu Dei confirmatus, libere locutus sum et confessus doctrinam Christi, quae etiam [53]) in persecutione et morte multorum piorum creuit. *Ich haltte auch, dass in 1000 Jaren nicht ein mensch also verflucht sey als ich, der ich nu 30 Jar gepredi-*

---

42) se esse hom. simpl.,] Reb.: se hominem simplicissimum esse,
43) posset decipi,] Reb.: decipi et persuaderi posset,
44) omnium] *a* Reb. *abest.*
45) blaterant] Cod. *male:* plaferant
46) D. M. Lutherus priusquam scriberet — — in mentem uenit.] *pro his exhibet* Reb. *haecce:* Dicebat tamen se sua sponte sine praeceptore in testudine et cytharis didicisse, componere quoque.
47) Mentio fiebat successus Euangelij — — *vnd Cardinalat drumb*] *pro his verbis, quae in* Cod. fol. 584^{b} lin. 3 — 7 med. *leguntur,* Rebenstockius II. fol. 16^{a} *verbis supra* p. 179. nota 38. *allatis:* Domini autem consilio sic factum est, vt ita sub infirmitate procederet, *haecce* lin. 23 med. — 26 med. *adiungit:* papistae enim magnam papatus partem ponerent in periculum, vt sic causam haberent optatam, sic vti primo in comitijs Wormatiensibus. *Reliqua huius sectionis pars in* Cod. fol. 584^{b} lin. 7 med. — 23., *ap.* Reb. fol. 16^{a} lin. 26 med. — fol. 16^{b} lin. 13 med. *exhibetur.*
48) uoluit — reuelari.] Reb.: regnum Antichristi reuelare voluit,
49) noluerunt] *sic* Cod.; Reb.: voluerunt
50) Et intempestiuis] Reb.: sed intempestiuus,
51) citasset Wormatiam,] Reb.: Wormatiam citasset,
52) me] *a* Reb. *abest.*
53) libere locutus — quae etiam] Reb.: comparebam, libere loquebar, et doctrinam Christi confitebar, quae hactenus

Digitized by Google

get manchen tag 3 predigten vnnd sonst teglich in der fasten, auch etlich mal 4 predigten einen tag gethan habe, dass ich glaube, dass wol so viel predigten durch mich gescheen sein, als durch S. Ambrosium, Augustinum. [54]

LVTHERI LIBERALITAS ERGA SVOS. [55]

Anno 1539. 1 Ianuarij foelicem annum omnibus in tota domo [*fol. 585a*] precabatur, distribuens munera liberis, seruis et ancillis singulis, in summa [56] ultra 2 thaleros, eosque [57] ad pietatem, obedientiam, fidelitatem [58] hortabatur. Deinde suspirans dicebat: [59] Ach quanta [60] abominatio, impietas et transgressio mundi indies prouocantis Deum, [61] praesertim in prima tabula securissime peccat iramque Dei acerrimam irritat. ***Es ist vnmuglich, das nicht schwere plagen kommen sollen,*** quia [62] non tantum ex astris praedicuntur, [63] sed ex scriptura sancta, et nostra propria [64] conscientia id testatur. [65] Beatus qui resipiscit, Deo confidit et uerbum suum diligit, illi omnia cooperantur in bonum.

Anno 39. 11 Ianuarij D. M. Lutherus mane hora 7. [66] noluit disputare de propositione: Verbum Caro factum est, [67] sed cum ante domum Magistri [68] Philippi Melanthonis uenisset, uertigine correptus, iterum domum redire coactus, eo die

---

54) ***Ich haltte auch,*** — — Augustinum.] Reb.: existimo igitur, quod in mille annis, nemo hominum, adeo sit detestatus, nec erit, quemadmodum ego, qui nunc per multos annos verbum Dei pure docui, saepius vna die tres vel quatuor conciones habui, puto ergo, me quoque Augustino et Ambrosio, in multitudine suarum concionum similem esse,

55) Lutheri liberalitas erga suos.] ***Sectio sic inscripta, quae in*** Cod. fol. 584b lin. 24. — fol. 585a lin. 12. ***legitur, ap.*** Reb., ***omissa tamen inscriptione,*** II. fol. 20a lin. 23. — fol. 20b lin. 9. ***reperitur.***

56) in summa] ***a*** Reb. ***absunt.***

57) eosque] Reb.: eos omnes et singulos

58) fidelitatem] Reb.: et fidelitatem

59) dicebat:] Reb.: dixit,

60) quanta] Reb.: quanta est

61) indies prouoc. Deum] Reb.: Deum in dies prouocantis,

62) ***Es ist vnmuglich*** — Quia] Reb.: impossibile est horribiles non sequi plagae (***pro***: plagas) et calamitates, quae

63) praedicuntur] ***sic*** Reb.; Cod.: praedicantur,

64) nostra propria] Reb.: propria nostra

65) testatur.] Reb.: testante.

66) hora 7.] Reb.: horam septimam — ***Haec sectio in*** Cod. fol. 585a lin. 13 — 21., ***ap.*** Reb. ***vero*** II. fol. 23a lin. 6 — 18. ***legitur.***

67) est] ***ap.*** Reb. ***deest.***

68) Magistri] ***a*** Reb. ***abest.***

Digitized by Google

disputationem intermittens inquiens: ***Ich kans niemmer thun, ich werde ausgearbeitet haben, gott helffe mir gnediglich.*** Libenter uellem adhuc librum de Ecclesia scribere. ***wann das gescheen ist, wiel ich beschlissen*** Deo uolente. [69])

D. M. Lutherus dicebat, ***dass ihn gott hat einen monch lassen werden*** [70]) non sine magna causa, ut [71]) experientia edoctus contra papatum scribere potuisset. [72]) [*fol. 585b*] Quamuis ego per uim factus sum monachus contra uoluntatem patris mei. [73]) In [74]) meo monachatu papam tam reuerenter colui, ***dass ich allen papisten wolde trotz bitten,*** qui fuerunt et sunt. Ego enim non [75]) uentris, sed salutis meae causa uouebam [76]) et rigidissime seruabam mea statuta. [77]) Item dicebat se aegre et difficulter habitum deposuisse. Pater eius saepe orauerat, ut cappam exueret. [78]) Elector Fridericus libello de uotis [79]) motus, miserat Luthero optimum pannum [80]) hac conditione: ***Ich soltte mir einen rock oder kappen lassen draus machen,*** [81]) et subridens dixisse fertur: ***wie wan er ihm eine spanische kappe liesse machen?*** [82]) D. Hieronymus Schurff promisit mihi pannum ad nouam cappam. [83])

---

69) coactus, eo die — Deo uolente.] Reb.: coactus est, et disputationem intermittere, dicens, non possum amplius proposito meo satisfacere, satis enim laborani, Deus adiuuat me, libenter adhuc librum de Ecclesia scribere vellem, hoc si factum fuerit, riuulus (*pro:* riuulos) claudam Deo volente. Ita saepius in publicis concionibus vertigine correptus et impeditus descendere coactus est.

70) D. M. Lutherus dic. — ***lassen werden***] Reb.: Deus enim me suscipere Monachatum permisit,

71) ut] Reb.: scilicet vt

72) scribere potuisset] Reb.: scriberem.

73) Quamuis ego — patris mei.] ***haec a*** Reb. ***absunt.***

74) In] Reb.: Nam in

75) ***dass ich allen*** — Ego enim non] Reb.: quod etiam omnibus papistis, qu fuerunt et nunc sunt, praeferri volebam, non enim

76) uouebam] Reb.: mouebam

77) seruabam mea statuta.] Reb.: mea statuta seruabam. — ***Haec prior huius sectionis pars:*** D. M. Lutherus dicebat — — mea statuta, ***in*** Cod. fol. 585a lin. 22. — fol. 585b lin. 6 med. ***ap.*** Reb. II. fol. 13a lin. 16 med. — 24 med. ***legitur.***

78) Item dicebat — exueret.] Reb.: Cucullam autem meam difficillime deposui, etsi erat satis sarciata, pater meus vrgebat, vt exuerem. — ***Altera huius sectionis pars ab his verbis ordiens atque terminata verbis:*** quibus inseruire cupiebam, ***quae in*** Cod. fol. 585b lin. 6 med. — fol. 586a lin. 7. ***exstat, ap.*** Reb. II. fol. 13b lin. 27 med. — fol. 14a lin. 24 med. ***reperitur.*** (***conf. supra*** p. 172. nota 54.).

79) libello de uotis] Reb.: libello meo de votis edito

80) miserat L. opt. pannum] Reb.: pannum optimum nigri coloris miserat

81) ***Ich soltte mir — machen,***] Reb.: vt inde mihi tunicam vel pallium pararem,

82) ***wie wan — machen?***] Reb.: Si nunc curaret sibi parare bardo cucullam.

83) promisit — cappam.] Reb.: pannum mihi promisit ad cucullum nouum.

Digitized by Google

Nam ego meam cappam usque ad extremum gestaueram, ***dass ich sie muste lassen flicken.*** Ibi [84]) multi pij offendebantur, me aliter docere et facere aliter. [85]) Papistae cauillabantur me, cum tamen exteris uellem seruire [86]) Cappa, Coelibatu, [87]) abstinentia carnium, Quadragesima. Multi papistae uociferabantur: ***wer es recht, das er lehret, er thet es auch.*** [88]) Et leckel, [89]) concionator Bremensis in die Palmarum inter alia fercula gallinam mihi [90]) parauit dicens: Si docemus, quare non facimus? Tandem anno 1523. deposui habitum in gloriam Dei et confusionem sathanae, multis [91]) gaudentibus [*fol. 586ª*] propter libertatem. ***Denn hette ich nicht selbest die kappen abgeleget, fleisch gessen, ein weib genomen,*** omnes papistae cauillati essent meam doctrinam non esse ueram, [92]) quia aliter fecissem quam docuissem. ***Also kunde ich des heilosen kleides nirgent mit fugen los werden, kam auch sauer an,*** non [93]) propter meam conscientiam, sed aliorum, quibus inseruire cupiebam.

Ieiunia papistica erant epulationes. Tantum uere afflictae conscientiae serio ieiunarunt. ***Ich hette mich betzeitte tzu todt gefastet.*** Nam saepe [94]) in triduo ne unam guttam aut micam accepi. ***Es war mir recht Ernst, habe auch den herrn Christum recht gecreutziget, bin nicht nebenher gelauffen, sondern habe ihn helffen fuhren vnnd durchboren. gott vergeb mirs. dann ich habes Ja offentlich bekennet.*** Nam hoc est uerum: ***der frömste mönch ist der ergste schalck,*** [95]) qui Christum me-

---

84) Nam ego — Ibi] ***haec a*** Reb. ***absunt.***
85) et facere aliter.] Reb.: quam facere gestiendo cucullo.
86) me. Cum — seruire] Reb.: me eum, qui caeteris vellem inseruire
87) Coelibatu,] Reb. ***male***: coelibatum,
88) Multi papistae — ***thet es auch.***] Reb.: dicentes, si doctrina sua vera esset, ipse quoque illam imitaret (***pro***: imitaretur).
89) leckel] Reb.: Iacobus
90) gallinam mihi] Reb.: mihi Gallinam
91) multis] Reb.: multis pijs
92) libertatem. ***Denn*** — — esse ueram,] Reb.: libertatem Christianam, ego enim nisi cucullam exuissem, carnem comedissem, vxorem duxissem, omnes Papistae meam doctrinam quasi non veram calumniati fuissent,
93) ***Also kunde*** — non] Reb. sic ego cucullae nec abesse nec vt illam exueram (***pro:*** exuerem) persuaderi poteram, non tantum
94) Ieiunia papistica — — Nam saepe] Reb.: non Papistica iniunia (***pro***: ieiunia) celebrabam, quae erant lautae epulationes, sed ita me macerabam serio conscientia afflicta, quod me ieiunando ferme interfecissem, saepe — ***Sectio ab his verbis ordiens, quae finitur verbis***: iterum idola irruent, ***in*** Cod. fol. 586ª lin. 8 — 25., ***ap.*** Reb. ***vero*** II. fol. 13ª lin. 24 med. — fol. 13ᵇ lin. 16. ***legitur.***
95) accepi. ***Es war*** — — ***ergest schalck.***] Reb.: sumpsi, summa diligentia et seueritate perficiebam opera mihi in Monachatu imposita, et Christum sa-

Digitized by Google

diatorem et summum pontificem negant et iudicem ex eo [96]) faciunt. Ego 24 sanctos elegi et singulis diebus missam celebrans tres inuocaui. *also kam ich die woche herumb.* [97]) praecipue autem B. Virginem colui, quae muliebri corde magis afficeretur et filium placaret. *Ach wan der* articulus iustificationis *nicht gefallen wer, so hette bruderschafften, walfartten* etc. *keine stadt in der kirchen funden.* Lapso illo iterum, quod Deus auertat, [98]) iterum idola irruent.

[*fol. 586b*] Initio Euangelij sensim processi contra Tetzelium impudentissimum, et Hieronymus Episcopus Brandenburgensis me dilexit, ego eum hortatus sum ut ordinarium loci, *dass er in diese sache woltte sehen*, misique ei resolutiones manu mea scriptas, antequam diuulgarem, sed nemo Tetzelium latrantem uoluit compescere, sed adhuc defendere conabantur. Ita ego imprudenter processi caeteris audientibus, et fessis sub Tyrannide. *Nu bin ich hinein kommen, gott helffe mir forder, dan man kan dem babst niemermehr betzalen, wie ers verdienet hat.* Deinde quidam dixit: *Er solde nicht auffhoren, bis die weldt frommer wurde.* Respondit: *wann die weldt from wirdt, so wirdt der spruch auffhören:* Semen mulieris conteret caput serpentis. *Aber das tretten vnnd fersen beissen wirdt in diesem leben nicht auffhoren.* [99])

Anno 39. 30 Martij qui fuit Dies palmarum, D. Martinus in initio concionis uertigine impetitus est et domi dixit: *Ich wolde nu gerne sterben, dann man darff mein gar nichtes, ich werde doch die ketzerey nicht nit wehren. hats doch* S. Ioannes *der teuer Euangelist nicht konnen erwehren,* sed ipso uiuente orti sunt Marcion, Cerinthus, serpens non cessabit mordere.

[*fol. 587a*] Pater iratus me factum monachum, [100]) uo-

---

tis quoque crucifixi, Monachatu satis facere putabam, ideo Christum ipse duxi et satis afflixi, Deus remittat mihi hoc peccatum, ipse confessus sum, verum enim est, Monachium (*pro*: Monachum) pijssimum, nebulonem esse impijssimum,

meae feci h) etc. Sequitur: Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, et exaltetur baculus, qui vtique lignum est. Et infra irridens eos dicit: Bene quoque aut male si potestis facite. Et satis patet experientia. Id quod Deus punit, nemo potest curare aut adiuuare. Sic e contra male facere, id est, alij damna inferre. Multi magna conantur, sed non praeualent, Deo illis resistente. Hoc satis apparuit in Pharaone, qui voluit male facere filijs Israel, sed non potuit. Et sic ostendit Deus in eo suam potentiam, vt non vellet, quia induratus fuit, nec cucurrit, multo minus quod voluit perfecit. Quare ex isto textu non sequitur, quod velle et currere hominis nihil sit, sed non quod suae virtutis sit, quia opus Dei non est nihil. At velle et currere hominis, Dei est opus, loquitur igitur de velle et currere secundum Deum (id est, de vita charitatis et iustitiae Dei), at aliorum velle et currere nihil est, quia non in via Dei volunt et currunt, licet magna velint et valde currant, quia non sunt ex Deo, nec placita ei, de quibus Esai. 42. Vos ex nihilo estis, et opus vestrum ex eo, quod non est. Hic tamen moneo, vt istis speculandis nullus irruat, qui nondum est purgatae mentis, ne cadat in barathrum horroris et desperationis, sed prius purget oculos cordis in meditatione vulnerum Christi Iesu. Neque enim ego ista legerem, nisi ordo lectionis et necessitas cogeret. Quia hoc est robustissimum verbum, et perfectissimus cibus, solida esca perfectorum, id est, excellentissima Theologia, de qua Apostolus: Sapientiam loquimur inter perfectos. Ego paruulus sum lactis indigens, non esca. Ita faciat qui mecum paruulus est. Tuta satis nobis non sunt vulnera Iesu Christi, foramina petrae.

Anno 1531. i) D. M. L. de praedestinatione interrogatus respondit: Quoties incidit disputatio de praedestinatione, sunt abijcienda argumenta, et per interemptionem refutanda, hoc est simpliciter neganda. Quis enim soluet illud, cur Deus permiserit Adam labi? Si autem ex talibus argumentis Sathan colligit Deum odisse homines, tunc confutandum est per instantiam, scilicet, si Deus odisset homines, non misisset filium. Ioan. 3. Praedestinationem igitur nolite ergo de praedestinatione cogitare. Item si loquimur de praedestinatione, tunc dicendum est: qui non habet verbum Dei, is Dei expectat iudicium an possit acquirere, si non acquirit, actum erit de sua salute, nobis vero salus contigit, ergo non debemus dubitare de salute nostra. Hoc modo de praedestinatione disputandum est: Sum baptizatus et habeo verbum, ibi non debeo dubitare de mea salute, sic oportet nos verbo Dei adhaerere, nam si Christus oculis nostris excluditur, statim disputationes de praedestinatione sequuntur. Deus autem noster sic dicit: quare mihi non credis? tamen me audis, qui dico, te mihi gratum esse, tibi remissa peccata. Nos vero de via recta semper decedamus. Item oportet nos habere dictum clarum ex sacra scriptura, quo omnia obscura diluere possumus, absque Catechismo autem efficere non possumus. Item Deum nostrum virum pium esse oportet, quod malis et impijs hominibus conniuet, ego etiamsi ipse sum nequam, non possum facere.]

Nota. *In hoc capite* . de consolatione *a* Codicis *ordine sectionum* Rebenstockius *sic discrepat*:

Reb. II. fol. 2a lin. 6. — fol. 3b lin. 6. = Cod. fol. 596a lin. 9. — fol. 597b lin. 1.
— — fol. 3b lin. 7. — fol. 5a lin. 7. = Cod. fol. 599a lin. 5. — fol. 600b lin. 5.
— — fol. 5a lin. 8. — fol. 6b lin. 17. = Cod. fol. 597b lin. 2. — fol. 599a lin. 4.

h) In fortitudine manus meae feci] *sic scripsi* (= Ies. 10, 13.); Reb. *male*: infortitudine manus meae fecite, — *Subsequentia verba afferuntur ex* Ies. 10, 15.
i) 1531.] Reb.: 15. 31.

Digitized by Google

Reb. II. fol. 6b lin. 18. — fol. 9a lin. 5. = Cod. fol. 600b lin. 6. — fol. 602a lin. 26. (ult.)
— — fol. 9a lin. 6. — fol. 11b lin. 18. *omnino differunt a* Cod. fol. 602b lin. 1. — fol. 603b lin. 16.

PAPAE.*)

Corona papae est triplex { 1. Contra Deum; 2. Contra Caesarem; 3. Contra priuatos homines } Quia damnat { Religionem; Politiam; Oeconomiam. 39)

Interdicit 40) suis traditionibus ueram doctrinam, prohibens sacerdotibus ius Caesareum, 41) et coniugia suo impuro coelibatu 42) suppressit. Papa *ist der rechte rattenkönig* 43) monachorum, qui coepit 600 abhinc annos, 44) sed 200 annis post, ingrauescentibus [*fol. 604a*] sectis maxime creuit, et sic papa factus est 45) Rex et Dominus Ecclesiasticus, Politicus et 46) Oeconomicus.

Etymologia 47) nominis papae.**) Olim fuit generale nomen 48) Episcoporum. Augustinus, Hieronymus, Cyprianus, appellarunt se inuicem 49) papa, ut eorum 50) literae testantur. Vnde autem etymologia orta sit nescio, fortassis a pueris, qui suos parentes papa appellant. 51) Ita et Episcopi

---

*) Reb. II, fol. 61a lin. 5. — fol. 69b lin. 5. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 172 sqq. cap. 27.
**) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 177. cap. 27. §. 5. sect. 1. 2.
39) Corona papae — Oeconomiam.] Reb.: Papatus administratus est per impijssimos homines, qui hac vltima senecta mundi, triplicem coronam sibi vendicarunt.
1. { 2. contra { Deum; Caesarem; 3. Priuatos homines } quia damnat { Religionem; Politiam; Oeconomiam.
— *Haec sectio et duae subsequentes in* Cod. fol. 603b lin. 17. — fol. 604a lin. 11., *ap.* Reb. II. fol. 61a lin. 5 — 26 med. *leguntur,*
40) Interdicit] Reb.: Interdicens
41) sacerdotibus ius Caesareum,] Reb.: ius Caesareum Sacerdotibus
42) suo impuro coelibatu] Reb.: coelibatu impuro
43) Papa — *rattenkönig*] Reb.: Ita Papa quoque homo nauci est
44) 600 abhinc annos,] Reb.: ante 600 annos abhinc,
45) sed 200 annis post — factus est] Reb.: sed 200 post crudelissimus factus est
46) et] *a* Reb. *abest.*
47) Etymologia] Reb.: Etymologia vero
48) generale nomen] Reb.: generalis appellatio
49) appell. se inuicem] Reb.: inuicem se appellarunt
50) eorum] *ap.* Reb. *deest.*
51) qui suos par. papa appellant.] Reb.: qui sic parentes appellarunt.

Digitized by Google

sunt patres Ecclesiarum. Nam magna est similitudo Graecismi [52]) et Germanismi, et facilius esset Graecam quam Latinam linguam discere. Graeci enim habent η et χ, quod Latini non habent, *öle*, *mael*, *kaese* sunt graecae [53]) diphthongi etc. [54])

Alexander papa*) *war ein maran* [55]) qui plane nihil [56]) credidit. Huic [57]) Iulius successor tam inimicus fuit et infensus, *dass er alle thüren vnnd fenster mit seinem wapen liess ausbrechen.* [58])

EPITAPHIVM [59]) SCORTI ALEXANDRI. **)

Conditur hoc tumulo Lucretia,
Thais pontificis [60]) filia, sponsa, nurus.

Olim fuerunt tres papae successores, ***) ubi uno mortuo successor omnes leges et decreta prioris aboleuit, *liess ihn ausgraben vnnd die finger abschneiden.* Altero mortuo tertius successit, qui similiter omnia abrogauit et cadauer sepulti effodit, caput amputauit et truncum in Tiberim coniecit. Tales leges habuerunt papae. [61])

Iulius papa ****) fuit strenuus [62]) in militia et imperio.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 181. cap. 27. §. 12.
**) *Conf.* ibid. III. p. 181. cap. 27. §. 13.
***) *Conf.* ibid. III. p. 179. cap. 27. §. 9.
****) *Conf.* ibid. III. p. 179 sqq. cap. 27. §. 10.

52) Graecismi] Cod. *male*: Graecissimi
53) graecae] Cod. *falso*: graeci
54) Nam magna est similitudo — — diphthongi etc.] Reb.: At his temporibus Ecclesia longe alios habuit gubernatores. — *Ea, quae ap.* Reb. *h. l.* fol. 61a lin. 26 med. — fol. 62b lin. 20. *subsequuntur*: „Dialogus Iulij verissimus est — — imperiale Papatum et Papale imperium." *in* Cod. fol. 272b lin. 16. — fol. 274a lin. 22. *in capite* De Antichristo *relata sunt* (*vide* Tom. II. p. 115. lin. 4. — p. 118. lin. 20.
55) Alexander papa *war ein maran*] Reb.: Alexander 6. Papa, fuit Maranus — *Haec verba et seqq. in* Cod. fol. 604a *inde a* lin. 12., *ap.* Reb. II. fol. 62b *inde a* lin. 21. *leguntur.*
56) plane nihil] Reb.: nihil plane
57) Huic] Reb.: huius
58) tam inimicus — *ausbrechen.*] Reb.: tam infensus fuit, vt ostia singula cunctasque fenestras suis signis deuastare iuberet.
59) Epitaphium] Reb.: Fuit autem Epitaphium
60) Lucretia Thais pontificis] Reb.: Lucretia nomine, sed re Thais, Alexandri,
61) Olim fuerunt tres papae — — habuerunt papae.] *haec, quae in* Cod. fol. 604a lin. 19 — 24. *leguntur, a* Reb. *absunt.*
62) Iulius papa fuit strenuus] *sectio ab his verbis ordiens usque ad verba:* „qui est scelestissimus." *in* Cod. fol. 604a lin. 25. — fol. 605a lin. 20., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 63b lin. 17 med. — fol. 64b lin. 10. *legitur.*

Digitized by Google

[*fol. 604b*] Hic nuntiata clade apud Rauennam blasphemauit in coelum: *Ey bis* [63]) *nun gut frantzosisch in tausent teuffel namen.* Ita defendis tuam Ecclesiam. Et conuersus in terram: Sancte Suicere ora pro nobis, et mox Matthiam Lang Cardinalem Saltzburgensem ad Caesarem ablegauit. [64]) Plane politicum [65]) habuit ingenium, pugnauit contra Venetos, Caesarem et Regem Galliae, [66]) et cum tandem humiliatus esset ita, [67]) ut supplex propemodum Maximilianum adoraret, quantumuis militaris, ditissimus, et maxima [68]) aedificia extruens, maxime metuebatur [69]) a Cardinalibus et Romanis. *Er hilt die gassen tzu Rom so rein, dass nicht viel pestilentz da waren. Es war ein welt mensch.* [70]) Indies hora 2. [71]) e strato surgens et [72]) sua negotia usque ad 5. aut 6. conficiens, *darnach an weltliche gescheffte, krigen, bauen, muntzen.* Et dicitur [73]) habuisse 56 *tonnen goldes.* [74]) Nam moriens testamento [75]) legauit custodibus thesauri 50000 fl. [76]) Ipse imperium Caesaris ambijt. Voluit etiam esse Caesar et Ludouicum Regem Galliae maxime infestauit, ut ad omnes fere Vniuersitates Rex Galliae scriberet, [77]) An non possent illius [78]) superbiam scriptis reprimere. *Wann ich tzur selbigen tzeit wer kommen, so het man mich gegen Paris mit grossen Ehren gefodert. Aber ich war noch tzu Jung.* Et Deus uoluit me contra illum scribere eo tempore, ne regis Franciae potestate aut sapientia papatus uideretur deiectus, [79]) sed solo uerbo

---

63) *bis* (Cod.: *biess*)] *i. q. sei, conf. infra* Cod. fol. 613a, *ubi fere eadem verba reperiuntur.*
64) Hic nuntiata clade — ablegauit.] *haec a* Reb. *absunt.*
65) Plane politicum] Reb.: politicum plane
66) pugnauit — Galliae,] Reb.: pugnans contra Gallum Caesarem et Venetos,
67) humil. esset ita,] Reb.: ita humiliatus esset,
68) ditissimus, et maxima] Reb.: et ditissimus, maximaque
69) max. metuebatur] Reb.: metuebatur maxime
70) *Er hilt — weltmensch.*] Reb.: Plateae Romanorum ita purificabantur, ne malum aliquod facile aduenire, erat enim homo mundanus.
71) hora 2.] Reb.: mane hora secunda
72) et] *a* Reb. *abest.*
73) conficiens, — Et dicitur] Reb.: confecit, postea effecit res Mundanas, bellum gerere, aedificare, nummos cudere, Dicitur
74) *tonnen goldes.*] Reb.: Tonnas auri.
75) testamento] Reb. *male*: Testamentum
76) thesauri 50000 fl.] Reb.: sui thesauri 50000 Coronatorum.
77) Voluit etiam esse — scriberet,] Reb.: et Ludouicum Regem Galliae maxime infestauit, quapropter Rex ille ad omnes fere vniuersitates scripsit,
78) illius] Reb.: Papae
79) *Wann ich tzur s. tz.* — — uideretur deiectus], Reb.: ego si isto aduenissem tempore, Lutetiam summo cum honore ductus fuissem, sed perfectam aetatem nondum eram assecutus vel sic propter meam iuuentutem

Digitized by Google

Dei. [80]) Nam Deus suscitat [*fol. 605*] ea, quae non sunt, ut sint. Ex nihilo facit aliquid et econtra. Rex Galliae non fuisset nihil, sed ens. Ideo solo uerbo Deus omnia humiliat. Dicit enim: Hierusalem cade, Roma peri, Rex captiuare, papatus descende, mox fiunt [81]) omnia. *Also hat er das grosse babstumb gestörtzt,* qui fuerunt [82]) potentissimi. Iulius uoluit esse Caesar. Alexander uoluit filium suum Caesarem constituere. [83]) Leo fratrem suum uoluit Imperatorem facere, [84]) fecitque eum regem in Neapolis, sed ueneno interfectus est. [85]) Ita Clemens papa omnium ditissimus, quia Iulij thesaurum nactus est, et callidissimus omnia frustra tentat. [86]) Est enim plane [87]) uersipellis, [88]) quia est Italus, deinde Florentinus, qui ualet tres Italos, [89]) deinde spurius cuiusdam de genere Medices, *das macht 7 Walen.* Summa, *es ist kein erger schalck auff erden* [90]) quam Clemens, et tamen omnium illorum [91]) autoritatem Deus depressit. Nam hoc gloriabantur Itali de Iulio, quod a temporibus sancti Petri nullus papa [92]) in tanta autoritate fuerit ac Iulius. *Mir liget alles in der aschen. Ach pfaffen soltten beten vnnd nicht regieren,* praecipue [93]) hic Clemens, qui est scelestissimus. [94]) *Es ist ihm tzuuiel auff einen bissen,* [95]) sicut Diabolus dixit: [96]) *Du*

---

intermittebatur. Neque Deus voluit me eo tempore contra illum scribere, ne Papatus videretur deiectus potestate aut sapientia Regis Galliae,

80) uerbo Dei.] Reb.: Dei verbo.

81) fiunt] Cod. *calami err.:* finuit

82) *Also hat er* — fuerunt] Reb.: Sic enim Deus magnum praecipitem dedit Papatum, qui erant

83) uoluit filium — constituere.] Reb.: tentauit filium suum constituere Caesarem.

84) facere] *ap.* Reb. *deest.*

85) est] *a* Reb. *abest.*

86) ditissimus, quia — tentat.] Reb.: ditissimus, et tamen infoelicissimus, quia nactus est thesaurum Iulij callide, omnia sed frustra tentauit.

87) plane] *a* Reb. *abest.*

88) uersipellis,] Cod. *male:* uersipelles,

89) ualet tres Italos,] Reb.: tres Italos valet,

90) *das macht — auff erden*] Reb.: et sic ex his personis fiunt quinque Itali, peior nebulo non est in terris

91) omnium illorum] Reb.: illorum omnium

92) papa] Reb.: Paparum

93) ac Iulius. — praecipue] Reb.: vt ipse, nunc omnino in nihilum redacti sunt, Ach presbyteri non debent regnare sed orare, Praecipuo

94) scelestissimus.] *hanc vocem ap.* Reb. II. fol. 64b lin. 10 fin. — 19 med. *subsequuntur ea, quae in* Cod. fol. 606a lin. 10—16 med. *exhibentur.*

95) *Es ist ihm—bissen,*] Reb.: nimium sane vno sumpsit bolo,—*Haec et sqq. ap.* Reb. *non prosime post verba:* qui est scelestissimus (*quae ibi* II. fol. 64b lin. 10. *exstant*), *sed paulo inferius* fol. 64b *inde a* lin. 19 med. *leguntur.*

96) dixit:] Reb.: dixit ad quendam moresum,

Digitized by Google

heist Petrus, am s. Petrustage gemacht, ein Peter ist dein pathe, hast krause hare, bist dartzu wunderlich. Es ist ihm tzuuiel, krause har, krause sinnen. [97]) Respondit Magister Vitus: *Ich habe wol krause sinnen, aber nicht krause har.* [*fol. 605b*] Respondit Lutherus: Duc uxorem, *so werden die krause sinnen wol vergehen, so wirds dan heissen: wie sie wiel.* Ducta uxore *verleust einer die besten tage, die pfaffen, haben bisher die besten tage gehabet, nu* [98]) *vberkommen sie die sauren.* [99])

Papa semel corruptus a Franciscanis, *) ne illos reformaret, 80000 ducatis. Allata pecunia in mensam dixerat: Quis potest pugnare contra tot armatos? *geldt macht schelcke.* [100])

Gregorius papa **) fuit in hac superstitione et monastica probitate, ut dispensatorem suum fidelissimum mortuum, repertis 3 fl. in eius cella, sathanae [1]) tradiderit coram omnibus fratribus, quos tres florenos proiecit in eius sepulchrum dicens: Maledictus sis cum hac pecunia. Tales fuerunt et illi, qui monasticam obedientiam sine ἐπιείκεια [2]) urgebant, ita ut uirginem monialem decerpentem folium rutae et lingentem sine permissione sathan obsederit. Illi boni homines uexati nescierunt quidquam de ἐπιείκεια. Ita amato Christo sathan nos uarijs exercet torturis. Tu aut certa fide ita conclude: Christus est supra legem, supra Mosen, supra papam. si lex et conscientia te accusat, tunc dic: Audio uocem serui, sed nihil ualet. Dominus uero serui illius Hiesus Christus est, qui dicit: Remissa sunt tibi peccata.

[*fol. 606a*] Papa iste Clemens ***) est ditissimus omnium et tamen infelicissimus. *Er ist ein grundt bube,* machinatur omnia mala, ita dixit: *Ehe er wollte auffhoren, ehe wiel er den Turcken vnns auff den hals laden. das wirdt er thun.* Ideo diligenter orate, *vnnd gedenckt daran, wan ich Todt bin.*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 181. cap. 27. §. 11.
**) *Conf.* ibid. III. p. 181 sq. cap. 27. §. 14.
***) *Conf.* ibid. III. p. 182. cap. 27. §. 15.

97) *Du heist Petrus — krause sinnen.*] Reb. (II. fol. 64b lin. 21 med. — 24 med.): Tu vocatus es Petrus, in die S. Petri natus Petrus est susceptor tuus, crines habes crispos, et es praeterea mirabilis, crinis crispi, mentis crispae, etc.

98) *nu*] Cod.: *nuhe*

99) Respondit Mag. Vitus — *die sauren.*] *haec, quae in* Cod. fol. 605a lin. 24 med. — fol. 605b lin. 5. *leguntur, ap.* Reb. *non reperiuntur.*

100) Papa semel corruptus — — *macht schelcke.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 605b lin. 6 — 9. *exhibetur, et subsequens integra, quae* fol. 605b lin. 10 — 25, *legitur, a* Reb. *absunt.*

1) sathanae] Cod.: sathane

2) ἐπιείκεια] Cod. *male*: ἐπαίνεια

Digitized by Google

Habet enim papa imposturas, fallacias, sed non succedent illi, sicut neque regi Vngariae. Nullus maior nebulo post sathanam quam ipse papa. Ille habet diuitias, potentiam, autoritatem. *Ein vater vnnser dienet vor ihm.* [3]) Ipse enim machinatur mala, [4]) *er hat den Turcken erwecket, aber er sol der letzte sein. Er hat erlebet, dass Roma erseufft, geplundert vnd ausgestorben ist,* [5]) et tamen illis [6]) exemplis nihil mouetur, *das mus mir ein geselle sein,* [7]) qui nullis terroribus terretur, sed mala machinatur, uoluit perdere regem Galliae, foedus cum Caesare Bononiae pepigit, [8]) prostratus est ante Pauiam. [9]) *nun wirdt er den Turcken vnns tzum gaste laden.* [10]) *Es wirdt ihm felen. Er ist ein Florentisch hurenkindt.* [11])

Si uultis iuris ciuilis Doctores esse, [12]) *so seit halb lahm, der tropff hat euch auff einer seitten geschlagen.* Ius autem canonicum est ambitio, auaritia etc. Est enim papa tantum Ceremoniarum Doctor, si quid Iudicialis et Ciuilis iuris habet, est plane Caesar, quamquam Caesarem sibi subiecit papa. Ideo bene eum definit Daniel, Papam esse facere secundum nullas leges. sic uolo, sic iubeo, sit pro [*fol. 606*[b]] ratione uoluntas. Caesarem esse, est conseruatorem iuris esse.

PAPAM QVALEM ESSE OPORTEAT. *)

Zu einem babst gehoret nicht ein frommer, sondern ein schalck vnnd bösewicht, denn wan er sich des Regiments wil

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 182 sq. cap. 27. §. 16.

3) *ihm*] Cod. *in*

4) Papa iste Clemens est ditissimus — — Ipse enim machinatur mala,] *haec prior huius sectionis pars, quadam ex parte cum iis congruens, quae iam supra* p. 227. lin. 10 sqq. *e* Cod. fol. 605[a] *relata sunt, h. l. ap.* Reb. *non reperitur.*

5) *er hat den Turcken — ausgestorben ist,*] Reb.: qui etiam Turcam excitauit. Tria horribilia mala, quibus Roma fere extincta fuisset, superuixit, mendacium (*pro*: inundationem) Tiberis, spoliationem per milites factam et pestem, — *Haec verba et seqq.*: „et tamen — Turcae applicabit" *ap.* Reb. II. fol. 64[b] lin. 10 extr. — 19 med. *inter verba*: „qui est scelestissimus," *et* „nimium sane vno sumpsit bolo" *leguntur* (*conf. supra* p. 227. nota 95.).

6) illis] Reb.: his

7) *das mus — sein,*] Reb.: est homo perfrictae frontis,

8) cum Caesare Bon. pepigit,] Reb.: Bononiae pepigit cum Caesare,

9) Pauiam.] Cod. *male*: pauia.

10) *nun wirdt er — laden.*] Reb.: Iterum se Turcae applicabit,

11) *Es wirdt ihm — hurenkindt.*] *haec a* Reb. *absunt.*

12) Si uultis iuris ciu. Doctores esse,] *sectio sic ordiens, quae in* Cod. fol. 606[a] lin. 18. — fol. 606[b] lin. 2. *exstat, ap.* Reb. *h. l. non invenitur.*

Digitized by Google

annemen, der muss der nechste bösewicht nach dem Teuffel sein. [13])

Romae*) apud S. Calixtum [14]) sepulta sunt cadauera sanctorum Martyrum 176000 et 45 pontifices martyres. *sie liegen vntter der Erden schrenckicht,* et illum locum appellant *κρύπτη.* [15]) Item Romae in publica platea est monumentum lapideum erectum illius papae, qui fuit foemina, et peperit puerum in eo loco. Illum lapidem ego uidi, et miror papas posse ferre.

Papa**) quidam [16]) cum papatum ambiret, sathanae se dedidit, [17]) si eum in illius sedem promoueret et ea conditione, si Hierosolymis celebraret missam. Hic pontifex [18]) factus in capella nomine Hierusalem inscius missam cecinit. [19]) Ibi Diaboli cateruatim praeteruolarunt. Ipse interrogauit de nomine capellae, cumque nomen cognouisset, [20]) recordatus est pacti cum sathana, confessus publice iussit se statim post missam [21]) in frusta [22]) secari, et obseruari, si aues corpus auferrent relicto corde, se saluum fore, et ita factum est, [23]) quia poenituerat, et (ut illi aiunt) satisfecerat ea morte. [24])

Tempore Ioannis Hus***) tres fuerunt papae simul regnantes usque ad 30. annum, [25]) quilibet alterum cum suis subditis [*fol. 607*[a]] excommunicans. [26]) Hoc cum Sigismundus

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 183. cap. 27. §. 19. sect. 1. 2.
**) *Conf.* ibid. III. p. 183. cap. 27. §. 18.
***) *Conf.* ibid. III. p. 184. cap. 27. §. 20. sect. 1.

13) Papam qualem esse — — *Teuffel sein.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 606[b] lin. 3 — 6. *legitur, a* Reb. II. fol. 64[b] lin. 24 med. — 28 med. *sic exhibetur:* Oportet igitur papam esse talem, qui sit nullius conscientiae et scelestissimus, ingenij peruersi. Nam si imperium assumere conatur proximus a Diabolo, erit nebulo malignissimus.
14) Romae apud S. Calixtum] *sectio sic incipiens, quae in* Cod. fol. 606[b] lin. 7 — 13. *legitur, ap.* Reb. *h. l. deest.*
15) *κρύπτη.*] Cod. *male: κριπτα.*
16) Papa quidam] Reb.: Ideo quidam Papa — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 606[b] lin. 14 — 24., *ap.* Reb. II. fol. 64[b] lin. 28 med. — fol. 65[a] lin. 10. *exstat.*
17) dedidit,] Reb.: tradidit,
18) Hic pontifex] Reb.: Pontifex hic
19) cecinit.] Reb.: celebrauit.
20) cognouisset,] Reb.: resciuisset,
21) confessus publ. — missam] Reb.: illico publice confessus statim post Missam, iussit se
22) frusta] Cod. *calami err.*: frustra
23) est] *in* Cod. *deest.*
24) satisfecerat ea morte.] Reb.: ea morte satis fecerat.
25) usque ad 30. annum,] Reb.: longo tempore,
26) excommunicans.] Reb.: excommunicabat,

Digitized by Google

Imperator ferre non posset, conuocauit concilium. [27]) Sed cum Cardinales resisterent reformationi [28]) dicentes incongrue, non esse schismam, dixit Imperator: *Ei* nostis Priscianum, schisma non schismam dicendum. Respondit Cardinalis: Si domini sumus legum, sumus et Grammaticae domini. Ex hoc concilio tres papae sunt reiecti, et quartus electus.

Minoritae cum aedificassent monasterium, [29]) debuerunt papae pro priuilegijs dare 300 ducatos, sed ipsi pauperrimi aegre corradentes [30]) 30 obtulerunt et dixerunt, an non metuat conscientiam. Papa dixit: Quid dicis de conscientia? est mala bestia faciens hominem stare contra se ipsum.

Clementis papae filius, Dux Florentinus, a suo consanguineo occisus est. Est autem Florentia potentissimus Ducatus sub libertate, ideo iugum abhorret. Hic Clemens ex sorore natus est. *Der vater hat bei seiner eigenen dochter geschlaffen,* neque fuit baptizatus. Gallo capto et Roma direpta humiliabatur, mox foedere recreatus monetam [31]) cudebat, ubi Christus manum porrigebat Petro cum hac inscriptione: Modicae fidei quid dubitasti? Filiam spuriam dedit filio Regis Gallici. Hic papa Clemens sexies est ueneno circumuentus, septimo perijt, sepultus iterum effossus est, et adscriptum pro pontifex maximus, perduellio maximus. Ipse potitus est 50 tonnis auri Iulij papae. Haec pecunia uenit ad Regem Galliae, [*fol. 607*^{b}] qui spuriam Clementis filiam dedit suo filio [32]) in uxorem Marsiliae propter pecuniam istam.

In Concilio Constantiensi tres fuerunt papae, fuit horrendum *σχίσμα* et signum [33]) ruinae papatus. Ioannes 23. *)

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 184. cap. 27. §. 20. sect. 1. (quadam ex parte) et sect. 2.

27) conuocauit concilium.] Reb.: Concilium conuocauit,

28) resisterent reformationi] Reb.: reformationi resisterent, — *Haec prior huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 606^{b} lin. 25. — fol. 607^{a} lin. 3 med. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 65^{a} lin. 11 — 16 med. *reperitur; altera vero pars:* „dicentes — quartus electus.“, *quae in* Cod. fol. 607^{a} lin. 3 med. — 7. *exstat, ap.* Reb. *deest, quippe qui proxime post verba:* „reformationi resisterent,“ *exhibet ea, quae cum* Cod. fol. 607^{b} lin. 3 — 15. *congruunt.*

29) Minoritae cum aedificassent monasterium] *sectio sic ordiens* (Cod. fol. 607^{a} lin. 8 — 12.) *et subsequens:* Clementis papae filius — propter pecuniam istam (Cod. fol. 607^{a} lin. 13. — fol. 607^{b} lin. 2.) *ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

30) corradentes] Reb.: corradantes

31) monetam] Cod. *calami err.:* monebam

32) spuriam Clementis filiam dedit suo filio] *sic scripsi;* Cod.: spuri Clementis dedit suam filiam

33) In Concilio Constantiensi — et signum] Reb.: Imperator nihilominus efficit, vt concilium Constantiae celebre magna frequentia fieret: Hoc *σχίσμα*

Digitized by Google

Romanam sedem [34]) habuit, Petrus de Luna Arragoniam. Benedictus in Alpibus fuit. Ioannes resignauerat papatum eo animo, ut iterum susciperet, [35]) sed cum non fieret, animi moestitia mortuus est. [36]) Ita et Benedictus 3. et Petrus de Luna contumaces permanserunt. [37]) Ioannes papa [38]) reiectus est propter multa pessima [39]) flagitia, quia patrem suum occidit, Episcopatus uendidit. Cumque ei praelecti essent horrendi articuli [40]) ultra 30, semper fertur respondisse: peiora feci. Et in fine dixit: Ego peius feci his omnibus, qui ex Roma ultra Alpes transmigraui. *wer ich tzu Rom bliebe, solltet ihr mich wol vnabgesetzt haben.* [41])

Papa foemina *) nomine Agnes. [42]) Fuit magna [43]) deceptio Cardinalibus. Fuit haec Moguntina natione et a Cardinale in Angliam ducta habitu adolescentis. [44]) Tandem Romam ueniens a Cardinalibus electa est in papam, sed confusa est ita, ut pepererit publice in platea. [45]) M. Lutherus uidit [46]) Romae lapidem cum diademate, pontificio pallio, et puero [47]) in brachijs. Hanc plateam rectam ad templum quilibet papa circuit, ne illam imaginem conspiciat.

Papatus administratus est per pessimos homines, **) qualis etiam est illorum doctrina. Et recitauit historiam Alexandri [*fol. 608*[a]] sexti, qui habens duos filios et unam filiam nomine

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 183 sq. cap. 27. §. 19. sect. 2. 3.

**) *Conf.* ibid. III. p. 185 sq. cap. 27. §. 21.

horrendum fuit signum — *Haec verba et seqq. a* Reb. II. fol. 65[a] lin. 16 med. sqq. *proxime annexa sunt illis supra* p. 231 *relatis:* sed cum Cardinales reformationi resisterent (*vide supra* p. 231 notam 28.).

34) Rom. sedem] Reb.: sedem Romanam

35) susciperet,] Reb.: susciperetur,

36) est] *ap.* Reb. *deest.*

37) contumaces permanserunt.] *sic* Reb.; Cod.: contumax permansit.

38) Ioannes papa] Reb.: At Ioannes

39) pessima] *a* Reb. *abest.*

40) E. uendidit. Cumque — articuli] Reb.: E. vendidit, veneficia excogitauit, et perlectis articulis accusatorijs

41) *wer ich — haben.*] Reb.: ego si Romae mansissem, reijcere me minime potuissetis.

42) Papa foemina nom. Agnes.] Reb.: Fuit quidam Papa foemina nomine Agnes. — *Haec sectio sic ordiens etiam ap.* Reb. II. fol. 65[b] lin. 2 med. — 12. *praecedenti proxime adiuncta est.*

43) Fuit magna] Reb.: Magna fuit

44) et a Cardinale — adolescentis.] Reb.: adolescentis habitu a Cardinale in Angliam ducta.

45) a Cardinalibus — in platea.] Reb.: nescijs Cardinalibus, in papam electa est, et ita confusa, vt publice in platea pepererit.

46) M. Lutherus uidit] Reb.: Vidi

47) c. diademate, pontificio p., et puero] Cod.: c. diadematae, pontificio pallio, et puer, Reb.: c. diatemate pontificio, pallio et puero

Digitized by Google

Lucretiam, cum qua pater et filius consuetudinem incestam habebant. Frater fratrem interfecit propter scortum [48]) in equo. Valentinus Cardinalis alterum Ducem Ferrariae occidit, ipseque factus est Dux, scribens: O Caesar. O Null. [49]) Deinde pater Alexander cum filio Cardinales omnes inuitauit Columnenses [50]) eos [51]) ueneno necaturus. Contigit autem uenenum papae et filio. Pater mortuus. [52]) Filius hausto et sumpto oleo et suspensus [53]) euomuit. Tandem hic filius nefandis sceleribus celebris, captus est a rege Castiliae [54]) in Hispania damnandus. Exclamauit ibi [55]) Misericordiam, cupiens confiteri. Missus est monachus ad carcerem, quem occidit, eiusque [56]) cuculla indutus euasit. Hoc pro certo Romae audiui, *so haben sie es getrieben. darumb ist ihre bosheit reiff gewest,* ut confunderentur. [57]) Et inauditum est, quod nostro seculo Leo [58]) concilium congregauit, in quo de resurrectione mortuorum conclusit, et quod Cardinalis non ultra 5 Ganymedes [59]) habere debeat. Summa. *Es sol keiner babst sein noch werden, es sey denn ein ausgefeimeter vbertrefflicher schalck.* [60]) Episcopus Moguntinus merito in proximum papam esset eligendus, *er betreuget landt vnnd leutte.* [61]) Dux Bauariae dixit: [62]) Episcopus Moguntinus *keufft viel tuches tzum rocke, vnnd*

48) scortum] Cod. *calami err.*: scrortum
49) Papatus administratus est — — O Null.] *haec prior huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 607b lin. 24. — fol. 608a lin. 5. *exstat, a* Reb. *abest. Subsequens altera pars in* Cod. fol. 608a lin. 5 extr. — 25., *ap.* Reb. *autem superiori loco, scil.* II. fol. 62b lin. 28. — fol. 63a lin. 21. *legitur.*
50) Deinde pater A. — Columnenses] Reb.: Hic Alexander omnes Cardinales Columerises (*pro*: Columnenses) inuitauit cum filio
51) eos] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
52) Contigit autem — mortuus.] Reb.: Accidit autem, vt hoc venenum pater et filius hauriret. Patre autem mortuo
53) hausto — suspensus] Reb.: hausto oleo suspensus
54) captus est a rege Castiliae] Reb.: a Rege Castiliae captus est
55) Exclamauit ibi] Reb.: clamauit in carceribus
56) Missus est — eiusque] Reb.: Monachus in carcerem missus, quem cum occiderat, eius
57) pro certo Romae — confunderentur (Cod.: confundarentur)] Reb.: audiui Romae pro certo, sic omnia scelera floruerunt inter Papistas, ideo tempus fuit vt illorum malitia confunderetur.
58) Leo] Reb.: Leo 10.
59) Ganymedes] Reb.: Ganymedes vel puserones
60) *Es sol — schalck*] Reb.: nemo in Papam errari (*pro*: creari) debeat, nisi sit insignis nebulo.
61) in proximum p. — *leutte.*] Reb.: proxima electione eligendus esset in papam, Regiones enim et subditos fallit.
62) Dux Ban. dixit:] Reb.: Bauariae Dux dixisse fertur,

Digitized by Google

wann er sein noch so viel keuffte, so raget der schalck vnten vnnd oben heraus. [63])

[*fol. 608*^{b}] Elector Fridericus, [64]) homo astutissimus, insigniter ab eodem Episcopo est deceptus. Emisit monetam cum dicto: [65]) Dominus mihi adiutor, quem timebo. Ita isti Epicurei [66]) summos scripturae locos iactitant, cum tamen omnia in eis [67]) contrarium appareat.

Omnes historiae*) affirmant Petrum fuisse primum papam Romae, quod tamen incertum est. Post hunc tres simul et semel, Linus, Cletus et Clemens, qui alternatim gubernarunt. Ecclesia enim eo tempore fuit ualde exilis, et hi sunt concionati [68]) in priuatis aedibus sicuti Diaconi, non publice, non taxarunt magistratus. [69]) Postea ab Imperatoribus priuilegia acceperunt [70]) propter hanc causam, quia [71]) Imperatores experti sunt Italiam ab illis non posse regi. [72]) Nullum enim caput possunt ferre [73]) neque inter se pacem habere. Ideo Caesares hoc [74]) obtulerunt pontificibus, qui omnes bene gubernarunt [75]) usque ad Hildebrandum, *den schalck, der den Walen tzuuiel vnnd die Teutzschen mit vndanck betzulet. dann die Ersten 15 keiser,* 8 *vom stam* Caroli, 7 *von Teutzschen, vnnd Francken sind from gewesen, die haben die Walen nicht konnen betzwingen, itzundt haben sie einen rechten storch am* Carolo, *der kan sie mit den* Hispanis *meistern.* [76])

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 186. cap. 27. §. 22.

63) *keufft viel — oben heraus.*] Reb.: multum emit pannum ad Tunicam, etsi prolixiorem parare constituerit, nequam tamen vndique procedit.

64) Elector Fridericus] *sectio sic ordiens atque subsequens etiam ap.* Reb. II. fol. 63^{a} lin. 22 — 27 med. et fol. 63^{a} lin. 27 med. — fol. 63^{b} lin. 17 med. *praecedentem proxime sequuntur.*

65) Emisit mon. cum dicto:] Reb.: Monetam nouam excussit, cum superscriptione,

66) isti Epicurei] Reb.: Epicurei illi

67) omnia in eis] *ap.* Reb. *desunt.*

68) fuit ualde ex. — concionati] Reb.: Romae fuit valde exigua, et hi tres concionati sunt

69) non publice, — magistratus.] Reb.: non taxarunt Magistratum publice,

70) priuil. acceperunt] Reb.: acceperunt priuilegia

71) quia] Reb.: Nam

72) ab illis non posse regi.] Reb.: non posse regi a se ipsis,

73) possunt ferre] Reb.: ferre possunt,

74) hoc] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

75) gubernarunt] Reb.: gubernarent,

76) *den schalck — — meistern.*] Reb.: nebulonem pessimum, qui consentiebat Hispanis, et Germanos egregie absoluebat, cum ingratitudine, primi enim Caesares ij, octo genere Caroli, septem de Germanis et Francis pij fuerunt et Hispani illos vincere non potuerunt. Iam in Carolo Ciconiam habent, qui cum Hispanis deglutinare illos potest.

Digitized by Google

Adrianus*) papa [77]) non diu fuit superstes, quia de humili genere fuit, filius Louaniensis ciuis, Cardinalis Angliae [*fol. 609*[a]] fuit filius lanij, cui morio regis obiecit: *gott sei gelobet, dass wir einen solchen Cardinal haben*, quo electo in papam carnes comedemus. Petrus piscator esum carnium interdixit. Hic lanij filius *wirdt vber dem fleische halten.* Adrianus papa tabulam curauit pingi, in qua erant duae ciuitates, altera patria sua, altera Louanium, ubi promotus erat, eratque adscriptum: Ego plantaui, ad alteram ego rigaui. Deinde Caesaris imago supra has ciuitates respondebat: Ego incrementum dedi, quia ipse eum in papam elegerat. Aliquis creta adscripserat ironice: Hic Deus nihil fecit etc.

Papae summum studium**) est, ut opprimat nostram doctrinam. [78]) Fregit [79]) cognitionem causae in concilio generali. Vrget [80]) Concilium secundum suam autoritatem, ut ipse solus congreget, eligat, [81]) dictet et concludat caeteris omnibus tacentibus, quemadmodum [82]) hactenus aliquamdiu [83]) est factum. *Aber es wil nu niemer gelten*, quia nunc est aliud seculum quam quod olim fuit. Ideo [84]) papa nullo modo concilium optat. Elegit loca inconuenientissima, quo nemo se confert. [85]) Ita papa differendo concilium [86]) suam autoritatem [87]) amittit, sicut nunc Dux Georgius [88]) dixisse fertur, Turingis petentibus Euangelium, [89]) si papa diutius distulerit, se permissurum aliquid. [90]) Summa, sedes

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 186 sq. cap. 27. §. 23.

**) *Conf.* ibid. III. p. 187 sq. cap. 27. §. 24.

77) Adrianus papa] *sectio ab hoc nomine incipiens et terminata verbis:* Hic Deus nihil fecit etc., *quae in* Cod. fol. 608[b] lin. 23. — fol. 609[a] lin. 11. *legitur, ap.* Reb. *h. l. non reperitur.*

78) Papae summum st. — doctrinam.] Reb.: Nam vnicum illius studium est, vt veram Religionem opprimat, — *Haec sectio, quae finitur verbis:* Iuristarum fortasse, non Theologorum, *in* Cod. fol. 609[a] lin. 12. — fol. 609[b] lin. 15., *ap.* Reb. *autem inferiori loco,* II. fol. 67[a] lin. 4 med. — fol. 67[b] lin. 5. *exhibetur.*

79) Fregit] Cod. *male:* Frigit, Reb.: fugit

80) Vrget] Reb.: tantum vrget

81) eligat,] Cod. *calami err.*: elegat,

82) quemadmodum (Cod. *falso:* quemadum)] Reb.: sicut

83) aliquamdiu] *a* Reb. *abest.*

84) *Aber es wil* — Ideo] Reb.: sed constitutum hoc iam delebitur, aliud enim nunc est seculum, quam olim, quapropter

85) confert.] Reb.: conferet.

86) concilium] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

87) suam autoritatem] Reb.: authoritatem suam

88) Dux Georgius] Reb. *habet siglas:* D. G.

89) Turingis petent. Euangelium,] Reb.: (Turingis supplicantibus pro Euangelij cursu)

90) permiss. aliquid.] Reb.: aliquid permissurum.

Digitized by Google

Romana non potest iudicari et admoneri, sed ipsa debet omnes iudicare, quia ipsa est mater et Domina [*fol. 609b*] omnium Ecclesiarum. Contra illam praesumptionem nullus propheta, Apostolus, Doctor debet habere locum iudicandi, quia [91]) infiniti loci decretalium [92]) tribuunt papae eam autoritatem. [93]) Et Gratianus ille [94]) nebulo ita concludit: Constantinus Caesar appellauit papam [95]) Deum. Quicunque est Deus, non potest ab hominibus iudicari. [96]) Papa est Deus. [97]) Ergo etc. Ita arguit a genere ad speciem ex psalmo 82. Ego dixi: dij estis. Hoc papa ad se rapit, seque Deum terrenum appellat et Dominum totius orbis. *Man solde aber den* syllogismum *also conciliiren:* [98]) Caesar et omnes Magistratus sunt dij. Ergo non licet papae eos pedibus [99]) conculcare. Ideo ille in disputatione olim optime fecit, qui negauit ablegationem [100]) papae, et [1]) cum alter probare conaretur eum esse Deum terrenum, respondit: [2]) Iuristarum fortasse, non Theologorum.

D. M. Lutherus [3]) horrendam caecitatem *) papistarum [4]) mirabatur, qui ex sacramento et testamento [5]) Christi fecissent sacrificium expiatorium, [6]) etsi nunc uolunt tegere isto fuco, [7]) esse *εὐχαριστικὸν*, cum omnes legistae, sermocinistae, [8]) Canonicorum collegia et monasteria [9]) eos satis conuincant, tamen audent publicum mendacium [10]) negare, sicut Cocleus

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 188 sq. cap. 27. §. 25.

91) Doctor debet h. l. iud., quia] Reb.: et Doctor, locum iudicandi habere debet.
92) decretalium] *sic* Reb.; Cod.: decretalis
93) tribuunt — autoritatem.] Reb.: eam authoritatem papae tribuunt,
94) ille] *a* Reb. *abest.*
95) appell. papam] Reb.: Papam appellauit
96) non potest — iudicari.] Reb.: ab hominibus iudicari non potest.
97) Papa est Deus] *ap.* Reb. *desunt.*
98) *Man solde — conciliiren:*] Reb.: syllogismus autem ille sic deberet conciliari,
99) eos pedibus] Reb.: pedibus eos
100) ablegationem] Reb.: allegationem
1) et] *a* Reb. *abest.*
2) respondit:] Reb.: Re. M. L.
3) D. M. Lutherus] *sectio ab hoc nomine ordiens, etiam ap.* Reb. II. fol. 67b lin. 6. — fol. 68a lin. 3 med. *praecedentem subsequitur.*
4) papistarum] Reb.: paparum
5) testamento] Cod. *calami err.*: testimento
6) fecissent sacr. expiatorium,] Reb.: sacrificium expiatorium fecissent.
7) tegere isto fuco,] Reb.: isto fuco tegere,
8) sermocinistae] Reb.: sermonistae,
9) collegia et monasteria] Reb.: collegiorum, monasteriorum
10) publicum mendacium] Reb.: publicam mutationem

Digitized by Google

nunc [11]) facit, qui potestatem papae nunc negat ex donatione Constantini, sed ex Euangelio papam uult [12]) confirmare hoc argumento: Omnis [13]) uicarius habet plenariam potestatem sui principis, papa [14]) [*fol. 610*a] est uicarius Christi, ergo [15]) habet eandem potestatem, probat hoc loco: [16]) Data [17]) est mihi omnis potestas etc. [18]) Sed nos respondemus: Petrus est uicarius in terris, non in coelis, quia Christus dicit: Quodcunque ligaueris super terram, [19]) non dicit: Quodcunque ligaueris super [20]) coelum. Dicit enim ad Petrum: Sequere me, pasce oues meas etc. [21]) Ego ueni ministrare. Regnum meum non est de hoc mundo. Est quidem in mundo, sed non de mundo, hoc est humanis uiribus partum. [22]) Ideo papa est rufus Iudaeus, qui tantum corporalia in Christo gloriatur, quemadmodum dicunt: Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho. *der Rudolphus hats auch frisch gewaget,* [23]) sicut et Bonifacius octauus. Dialogus Iulij optime perstringit paleam, [24]) id est, figmentum de donatione Constantini, nisi quod homines non audebant proferre. [25])

In decretis *) sunt [26]) multi utiles loci ex patribus sumpti, sed papa illis autoritatem rapit, sibique soli ius determinat et ita sub nomine Dei ingreditur et regnat. Cuius regnum [27]) durare debet 660 annos, secundum numerum bestiae in Apocalypsi. *denn das hertzleidt hat baldt* post Gregorium primum *angefangen.* [28]) Postea Episcopus Constantinopolitanus et Ro-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 189. cap. 27. §. 26.

11) Cocleus nunc] Reb.: nunc Cochlaeus
12) sed ex E. papam uult] Reb.: Imo ex Euangelio vult papam
13) Omnis] Cod. *calami err.*: Omnes
14) papa] Reb.: Petrus
15) ergo] Reb.: Ergo Papa
16) probat hoc loco:] Reb.: hoc dicto probans.
17) Data] Reb. *falso:* Papa
18) etc.] Reb.: in coelo et in terra.
19) terram,] Reb.: ter. etc.
20) Quodcunque ligaueris super] Reb.: supra (*ceteris omissis*)
21) etc.] *a* Reb. *abest.*
22) partum.] *sic* Reb.; Cod.: pactum.
23) *der Rud. — gewaget,*] Reb.: Rudolphus hic audacter rem aggressus est.
24) paleam] Reb. *typ. err.*: baleam
25) non audebant proferre.] Reb.: proferre non audebant.
26) In decretis sunt] *sectio ab his verbis incipiens ap.* Reb. *non proxime post praecedentem, sed paulo inferius* II. fol. 68a lin. 24 med. — fol. 68b lin. 3. *exhibetur.*
27) regnum] Reb.: regimen
28) *denn das hertzleidt hat* (Cod.: *halt*) — *angefangen.*] Reb.: extremum enim malum illud incepit post Gregorium primum,

Digitized by Google

manus disceptarunt de primatu [29]) usque ad Carolum magnum. ibi emersit papa Romanus factus Dominus [30]) super omnes Reges.

Figurae papae *) in uetustissimis codicibus [31]) sunt repertae, quibus eius fallaciae, impietates [32]) et Tyrannides depictae [*fol. 610b*] sunt. Nam homines obseruabant [33]) illam extremam impudentiam [34]) nec audebant mutire, [35]) sed secreto picturis indicabant. [36]) Tales Osiander inuenit in uetustissimis codicibus Norimbergae et Aldenburgi, et euulgauit etc. [37])

Cessante [38]) persecutione in Ecclesia **) *haben die bebste baldt nach dem regiment gegrieffen* [39]) ex ambitione et auaritia. Primus fuit Hildebrandt *oder hellebrandt.* [40]) Postea fulmine excommunicationis omnes homines terrebant. *dann der ban war ein schrecklich ding, dass er auch auff* [41]) *die kinder Erbet. Ja die knechte musten den ban auff sich nemen.* [42]) sicut econtra fraudes papae fuerunt blandissimae, quaerentes applausum, [43]) et omnium peccatorum etiam grauissimorum remissionem gloriantes, etiamsi quis Beatam uirginem stuprasset aut Christum crucifixisset. [44]) Illam maiestatem papae Deus calamo Lutheri confudit, quia ex nihilo omnia fecit, [45]) et ex nihilo omnia potest confundere.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 189 sq. cap. 27. §. 27.
**) *Conf.* ibid. III. p. 190. cap. 27. §. 28.
29) discept. de primatu] Reb.: de primatu disceptarunt
30) factus Dominus] Reb.: Dominus factus
31) Figurae — codicibus] Reb.: Ideo in vetustissimis codicibus figurae papae — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 610a lin. 24. — fol. 610b lin. 4., *ap.* Reb. II. fol. 68a lin. 3 med. — 10 med. *legitur.*
32) impietates] *a* Reb. *abest.*
33) obseruabant] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
34) impudentiam] Reb.: papae impudentiam,
35) audebant mutire (Cod. *male*: mutrire),] Reb.: mutire audebant,
36) sed s. p. indicabant.] Reb.: Ideo s. p. indicabant,
37) et Aldenburgi — etc.] Reb.: et Alenburgae, quas euulgauit.
38) Cessante] Reb.: Nam cessante — *Haec sectio etiam ap.* Reb. II. fol. 68a lin. 10 med. — 24 med. *praecedentem subsequitur.*
39) *haben — gegrieffen*] Reb.: Papae quam primum ad manus sumpserunt Dominium
40) *oder hellebrandt.*] Reb.: qui potius dici deberet Heldebrandus
41) *auff*] Cod. *calami err.: aff*
42) *dann der ban — auff sich nemen*] Reb.: excommunicatio enim papa-rum erat adeo horribilis, vt etiam nec pueri nec famuli liberi esse poterant ab excommunicatione,
43) quaerentes appl.] Reb.: applausum quaerentes,
44) etiamsi quis B. — crucifixisset.] *haec a* Reb. *absunt.*
45) fecit,] Reb.: creauit,

Digitized by Google

Ex Anglia [46]) scribebantur noua, *) papam intimos consiliarios Regis Angliae [47]) corrupisse, ut regem apostatam clam [48]) interficerent, promittens illis regnum. Nam unus eorum erat consanguineus regis ipsi [49]) a latere. Papa se [50]) haereditarium et feudatarium Regem [51]) Angliae gloriabatur, quapropter id iure [52]) faceret, sed detectis insidijs [53]) capti et decollati sunt. *Der babst muss wider herhalten* **) [*fol. 612*[a] [54])] *vnnd betzalen.* [55]) Olim tantum uita eius perstringebatur et abusus, nunc illius doctrinam et substantiam adorimur. [56]) Ab ipsis etiam [57]) Monachis, suis pediculis deuoratur. Ideo bene dixit Campegius Cardinalis: [58]) Infinitus numerus Monachorum facit magnum malum, scilicet istam pulcherrimam monarchiam magno consilio constitutam soluent. [59]) *Ich meine, seine prophecey ist erfüllet, das der ratten konig von seinem eigenen volck betzalet.* [60]) Theologia non potest eum defendere, nisi quod Canonistae, qui eius sunt iurati, [61]) aliquatenus eum defendere conantur consuetudine, [62]) quae hic [63]) nihil ualet. Nam talis consuetudo debet esse consentanea rationi et aequitati, est [64]) frigidissima imitatio. *Ach lieber gott*

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 198. cap. 27. §. 42.
**) *Conf.* ibid. III. p. 190 sqq. cap. 27. §. 29. 30.

46) Ex Anglia] Reb.: Anno 39. Ex Anglia — *Sectio sic incipiens in* Cod. fol. 610[b] lin. 18. — fol. 612[b] lin. 17., *ap.* Reb. *autem superiori loco* II. fol. 65[b] lin. 13. — fol. 66[b] lin. 1 med. (*iis quae in* Cod. fol. 612[b] lin. 11—17. *leguntur, omissis*) *exhibetur.*
47) consiliarios Regis Angliae] Reb.: Regis consiliarios
48) clam] *a* Reb. *abest.*
49) ipsi] Reb.: ipse
50) se] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
51) et feudatarium Regem] Reb.: seu feudatarium regni
52) id iure] Reb.: iure id
53) detectis insidijs] Reb.: insidijs detectis,
54) 612] *hoc* Codicis *folium, quod proxime post* fol. 610. *sequitur, ab eo, qui folia numeris signavit, praetermisso numero* 611, *numero* 612 *signatum est, item sequentia numeris* 613 sqq. *signata sunt. Contrarium in prima foliorum centuria invenitur, in qua duo folia folium* 78. *subsequentia eodem numero* 79 *signata sunt, vide* Tom. I. p. 162. notam 2.
55) *Der babst — betzalen.*] Reb.: sic Papam virga ferrea plecti oportebat.
56) nunc illius — adorimur.] Reb.: nunc vero illius doctrina et cultus damnatur,
57) Ab ipsis etiam] Reb.: etiam ab ipsis suis
58) bene dixit Camp. Card.] Reb.: Cardinalis Campegius bene dixit.
59) soluent.] Reb.: dissoluerent,
60) *Ich meine, seine — betzalet.*] Reb.: prophetiam illius nunc esse impletam existimo, nam Rex ille glirium a subditis suis contumelia est affectus,
61) iurati,] Cod. *calami err.*: iarati
62) aliquatenus — consuetudine,] Reb.: consuetudine illi adhaerent,
63) hic] *a* Reb. *abest.*
64) est] Reb.: cum sit

Digitized by Google

was soltte der bapst iudiciren, [65]) cum ipse [66]) sit ignarus rerum, et peregrinus iudex, nihil sciens de politiae et oeconomiae casibus. Ideo tam stolide iudicauit de matrimonio, [67]) quod ipse prohibuit et tamen pro sacramento proposuit. Nam si matrimonium esset sacramentum, tunc non esset apud gentes, quia sacramenta [68]) non cadunt ad incredulos perfecte. Nos nunc reijcimus casus matrimonij in Ecclesia, quia sunt ciuiles et non sunt de foro competenti. Iuste [69]) et merito nunc affligitur papa, [70]) qui se opposuit uerbo Dei. [71]) Nam si ante 12 annos ita fecisset [72]) confitendo aliquos peccasse [73]) sub Ecclesiae titulo, et Electori et mihi silentium imposuisset, se uelle suos reformare, et Eccium [*fol. 612b*] et Tezelium damnasset, me [74]) tantum dimisisset, *so were es nicht so weit komen. Aber er wolde sich vertetigen,* et fulminabat, [75]) ibi ueritas prodijt, ita ut ipsi papistae non sint [76]) contenti papa. *Also gehets recht,* [77]) quia contra Dominum non est consilium. Nunc Philippi libri methodici prodierunt in Italiam [78]) et aduersariae partis assertores rapiunt, [79]) *muss also von seinem eigenen volck vnnd fürsten mer geplaget werden, denn* a nobis. [80]) Iam simulat patientiam, *lest sie immer nemen,* [81]) modo ut ipse retineat autoritatem. [82]) *er gedenckt mit der tzeit alles wider tzu bekomen.* [83]) Nos uero petimus papae iugulum, qui eius autoritatem, substantiam et doctrinam im-

---

65) *Ach lieber — iudiciren,*] Reb.: Ach Deus bone, quid tamen papa iudicare deberet,
66) ipse] *a* Reb. *abest.*
67) matrimonio,] Cod. *calami err.*: matrimonia
68) sacramenta] Reb.: sacramento
69) Iuste] Reb.: Iuste igitur
70) nunc affl. papa,] Reb.: papa nunc affligitur,
71) se oppos. uerbo Dei.] Reb.: si (*pro*: se) verbo Dei opposuit.
72) ante 12 annos ita fecisset] Reb.: initio ita fecisse (*pro*: fecisset)
73) aliquos peccasse] Reb.: aliquos errores aliquorum
74) me] Cod.: ne
75) se uelle suos ref. — et fulminabat,] Reb.: Si voluisset suos reformare, Eccium, Tetzelium damnare, et me tantum dimittere, res non esset adeo manifesta. At cum suis fulminibus et bullis se defendere tentaret,
76) sint] Reb. *typ. err.*: sunt
77) papa. *Also gehets recht,*] Reb.: de papa, et sic fieri debet,
78) in Italiam,] Reb.: in Italiam, Galliam,
79) rapiunt,] Reb.: capiunt,
80) *muss also* — a nobis.] Reb.: sic cogitur maiora a subditis suis ferre mala et blasphemia, quam a nobis.
81) simulat — *nemen,*] Reb.: patientiam simulat conniuens in sacrilegia et rapinas
82) retin. autoritatem.] Reb.: authoritatem retineat,
83) *er gedenckt — bekomen.*] Reb.: putat se cum tempore omnia recuperaturum,

Digitized by Google

pugnamus, eum aequantes caeteris Episcopis. ***das that ich erstlich nicht,*** sicut et Ioannes Huss tantum abusus et uitam reprehendit, quamuis Cardinalis Cameracensis in suo uespe-rario papam satis confutat, et Parisijs publice disputauit contra autoritatem papae et potestatem. [84])

Agnus Dei *) praelatus fuit sacramento, tantum semel in uita papae consecratur. Sub Leone cum prorsus perijsset incendio, [84]) dispensatum est, ut [85]) Leo rursus consecraret.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 213. cap. 27. §. 76.

71) t. sanctitas,] Reb.: t. sanctitas celebratur.

72) tantum — sunt.] Reb.: ibi tantum duo Minoritae aluntur,

73) ***lassen — genugen.***] Reb.: contenti sunt sex ducatis vel octodecim florenis,

74) ***wan — lesen,***] Reb.: si quis missam celebrare vult,

75) accurrunt] Reb.: occurrunt,

76) ***wan einer*** — Missae,] Reb.: si presbyter differt cum missa horam dimidiam, potest accipere manum plenam florenorum, tanta ibi cauponatio missae,

77) contrarie] Reb.: oppositi

78) ***sindt mechtig*** (Cod.: ***mechti***) — His] Reb.: optime enim hoc didicerunt opificium, illis

79) ***Also — markt*** (Cod.: ***marg***) ***gegangen,***] Reb.: sic nundinae Paparum indies creuerunt,

80) summum illum th. — prouerbium.] Reb.: in ingratis rusticis summum Euangelij thesaurum gratis offerimus, at ipsi spernunt. Accidit iuxta prouerbium, quicquid valet, valet.

81) optarim,] Reb.: optarem,

82) cum] ***hanc vocem in*** Cod. ***omissam ipse addidi.***

83) ***dass ein ider*** — hospitasset.] Reb.: omnes, qui munus praedicandi suscipere conantur, Romae prius fuissent, et malitiam atque nequitiam illorum vidissent, multa recitabat Mart. Luth. quae in itinere Italico illi accidissent, in monasterijs impijssimis hospitans.

84) praelatus (Cod.: praelatum) fuit — incendio,] Reb.: Sacramento multum est praelatum, nam Papa semel tantum in vita sua consecrat. Cum sub Leone 10. incendio prorsus perijssent (***pro***: perijsset) Agnus Dei,

85) ut] Reb.: quo

Digitized by Google

DE RELIQVIIS SANCTORVM. *)

Quidam dixit se habere pennam de ala Michaelis.

Episcopus Moguntinus gloriatus est flammam de rubo Mosi. [86] *Zum finsterey* ostenditur *die fahne, die Christus in der helle gehabet hat,* [87] similiter corona spinea, crux, claui. *Graff* Hoyer papista, ridens abominationes papisticas, dixit, in quodam loco *hette man der 11000 Jungfrauen bruntzschirbel geweist.* [88]

Fridericus Mecum, **) dicens de Italorum superbia, recitauit historiam, quod quidam sacrificulus Romae in confessione auriculari Germanos aliquot blandis uerbis decepisset: [89] Noui Germanicam nationem semper deuotissimam, religionis [90] studiosissimam, Italos autem esse [91] derisores. Ideo se summum thesaurum, quem haberet occultum, *von heiligthumb* illi traditurum, [92] si clam habere uellet, et aliquid dare, [93] fore inde magnam salutem Germaniae, sed ne cui in Italia [94] reuelaret propter periculum uitae utriusque. [95] Hoc cum promisisset iuramento, tradidit ei [96] crus de [*fol. 617*a] asina Christi, sericis inuolutum, *Das ist das heiligthumb, da vnnser herr Christus leibhafftig darauff gesessen hat vnnd mit seinen beinen dieses Esels beine beruret.* [97] Ille laetus thesaurum occultum secum extulit in Germaniam. Cum eius [98] fines attigisset, coepit gloriari erga suos comites et ostendere. Ad-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 213. cap. 27. §. 77.

**) *Conf.* ibid. III. p. 213 sq. cap. 27. §. 78.

86) Quidam dixit — de rubo Mosi.] Reb.: Episcopus Mogunt. iactitauit flammam de rubo Mosi, alius gloriatus pennam de ala Michaëlis.

87) *Zum finsterey — geh. hat.*] Reb.: In Hispania ostenditur vexillum quod Christus habet apud inferos,

88) *Graff* Hoyer — — *geweist.*] Reb.: Ideo Hayer (*pro:* Hoyer) comes Mansfeldinus summus Papista ridebat abominationes Papisticas, dicens: In quodam loco ostenderunt matulam 11000 virginum.

89) recitauit historiam — decepisset:] Reb.: historiam recitauit de quodam sacrificulo Romae, qui Germanos in auriculari confessione subdolis et blandis verbis decepisset inquiens.

90) religionis] Reb.: et Religionis

91) esse] *a* Reb. *abest.*

92) *von heiligth.* — traditurum,] Reb.: de reliquijs sanctorum Germanis creditarum,

93) et aliquid dare,] *ap.* Reb. *desunt.*

94) fore inde — Italia] Reb.: magnam salutem Germaniae hinc euenturam. sed hac conditione, ne in Italia cui

95) periculum uitae utriusque.] Reb.: vitae periculum.

96) tradidit ei] Reb.: sacrificulus ei tradidit

97) *das ist d. h. — beruret.*] Reb.: habes ibi sacrum, sub quo Christus propria persona sedit, et suis cruribus tetigit crura asinae.

98) eius] Reb.: in alpibus

Digitized by Google

erant tres qui idem facerent,[99]) accessit quartus eadem[100]) conditione, ut tacerent. Quintus hoc audiens, et [1]) habens crus, dixit: *hat dan der Esel fünff füsse gehabet?* [2]) Respondit D. Martinus Lutherus: Haec fuit gloriatio Italica, Germanos barbaros ita irridere. [3]) Dei gratia sentit illam malitiam, *vnnd man kan den* Italis *nicht bass thun dann* generosis spiritibus, *dann dass man sie verachte vnnd vor* uaccas *haltte, wie sie vnns gethan haben, vnnd wie Jener schulmeister that* [4]) contra importunum monachum, in concionibus omnia literarum studia reijcientem, *gab er allen knaben ein lachens* [5]) illa conuersione, Monachus *ein Teuffel,* [6]) Diabolus *ein mönch.* [7])

In Candelburgk*) ciuitate Angliae [8]) monachi imaginem crucifixi uultu mutabili, [9]) ore, labijs et nutu fecerunt cum regestis et clauibus in tergo, multisque hominibus imposuerunt, quasi summus esset cultus, sed tandem per uisitationem regis reuelata est impostura, et per Episcopum in London [10]) publice demonstrata, tandem etiam ea imago per plateas undiquaque circumuecta et discerpta. Respondit D. M. Lutherus: *das bilde solte man behalten haben* in memoriam, [11]) sicut noster Elector**) [*fol. 617b*] habet imaginem Beatae Mariae

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 214. cap. 27. §. 79.

**) *Conf.* ibid. III. p. 254. cap. 27. §. 138.

99) idem facerent,] Reb.: idem facerent, et ego partem habeo cruris.

100) eadem] Reb.: ea

1) et] Reb.: similiter

2) *hat — gehabet?*] Reb.: habuitne asina pedes quinque?

3) irridere.] Reb.: ludere.

4) Dei gratia sentit — — *that*] Reb.: sed nunc Dei gratia illorum fastum intelligimus, superbissimi enim Itali melius falli non possunt, quam vt illudantur per nos, sicuti et nobis fecerunt quemadmodum ludimoderator ille fecit,

5) *gab er — lachens*] Reb.: pueris omnibus vnam sententiam latinam opponebat

6) *ein Teuffel,*] Reb.: est Diabolus,

7) *ein mönch.*] Reb.: est monachus.

8) In Candelb. c. Angliae] Reb.: In Angliae ciuitate Cantelburg.

9) uultu mutabili,] Reb.: mutabili vultu

10) London] Cod.: Londem,

11) labijs et nutu fecerunt — — in memoriam,] Reb.: et labijs excauatam habuerunt, in quam certo tempore aquam calidam fuderunt, quae per oculos et pedes emanauit. Populus ex superstitione accurrens illam tanquam salutiferam collegit, et regestis aliquot occultis, multum nudabundum erga adorantes exhibuerunt, populumque hoc fuco deceperunt, tandem illa impostura per visitationem regni Angliae reuelata per Episcopum Londinensem publice demonstrata, postea illa imago per plateas vndique circumuela (*pro*: circumuecta) et discerpta. Respon. M. L. Haec imago reseruari debuisset, in memoriam posteritati,

Digitized by Google

uirginis gestantis puerum Christum in ulnis, [12]) qui etiam erat mobilis suis regestis. Nam homines orantes noluit respicere auersus ad matrem, ut ibi quaererent auxilium. Deinde extenso brachiolo ad orantem monstrauit.

Anno 39. 2. Ianuarij uenerunt literae ex Amberg [13]) de importunitate papistarum acerrima, conquerentes concionatorem uocatum ex Wittenberga non audiri populo resistente summa temeritate, *sie wolten Luthrischen pfaffen nicht, er kan nichtes denn Christum predigen, das wollen sie gleich so wol thun, wann sie die bibel wolten lesen.* Magnus ibi fuerat tumultus. [14]) D. M. Lutherus orauit pro pace, dicens: *hette ichs gewust, das herr Andreas nicht vom bischoffe geweihet were, so wolte ich ihn* [15]) *haben nicht hingeschickt* [16]) in initio Euangelij. Nam mundus uult spectris decipi, et recitauit [17]) Stationariorum fallacias, qui impudentissime mendicassent *das heilige bludt des heiligen geistes*, [18]) Anthonij, Valentini, Ruperti *bottschafften, vnnser lieben frauen milch tzu Schnellen* [18a]) *in Westphalen.* Haec omnia securissima credidimus, non offensi [19]) erroribus et scandalis personarum (nam stationarij plerumque impudentissimi fuerunt [20])). Nunc pie docentes et uiuentes contemnimus.

Credo papam*) de industria [21]) collocasse Syluestrum

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 214. cap. 27. §. 80.

12) Elector habet — ulnis,] Reb.: Princeps Elect. Saxoniae, imaginem Bea. Virginis, puerum Christum in vulnis (*pro*: ulnis) gestantis reseruauit,

13) uenerunt literae ex Amberg] Reb.: ex Amberga venerunt

14) uocatum ex Wittenberga — — tumultus.] Reb.: ex Witeberga eo vocatum, a Papistis recusari, ipsos presbyterum Lutheranum non posse ferre, quia nihil aliud concionaretur quam Christum, quod et ipsi facere vellent, si legerent Biblia, et ita magnus est ibi exortus tumultus.

15) *ihn*] Cod.: *inen*

16) *hette ichs g. — hingeschickt*] Reb.: Ego si sciuissem M. Andream non fuisse ordinatum vel sacratum per Episcopum, non missisem illum isthic

17) uult sp. — recitauit] Reb.: laruis vult decipi, recitans

18) *das heil. bl. — geistes*] Reb.: sanctus Spiritus, sanctus sanguis

18a) *Schnellen*] *sic h. l. legitur, infra* (Cod. fol. 619a lin. 13.) *hic locus nominatur: Schmollen, quod nomen in Schmöllen mutavi.*

19) Ruperti *bottschafften,* — non offensi] Reb.: Ruperti, etc. nuncij. Lac beatae virginis Mariae, vbi monachus impudenter praedicauit, quomodo lac accepissent, dicens: Puer Iesus mammillas sugebat, pronocabatur ad iram et faciem auertebat, tunc fluebat de matre, quod cochleari susceptum est. Haec impudentia mendacia credidimus, fascinati

20) impud. fuerunt] Reb.: impud. fuerunt nebulones

21) Credo papam de industria] *Sectio ab his verbis ordiens et verbo*: perdatur *terminata, quae in* Cod. fol. 617b lin. 24. — fol. 618a lin. 7. *praecedentem subsequitur, a* Reb. *autem non proxime post illam, quae* II. fol. 78a lin. 14. *finitur, sed paulo inferius* fol. 78b lin. 19. — fol. 79a lin. 3. *exhibetur.*

Digitized by Google

et Thomam Cantuariensem [22]) in octauam natiuitatis Christi. [23]) Nam ille [24]) Romanum imperium, hic [25]) uero Anglicum regnum lucrifecit. Thomas Apostolus [26]) nihil est in Canonizatione [*fol. 618a*] ad [27]) Cantuariensem. Nam papae unicum studium [28]) ad retinendas possessiones spectat. Cessantibus imperatoribus semper captauit regna. ***Darumb habe ich in dem babst schlussel alle seine*** rapinas ***angetzeigt***, [29]) quae pictura est odiosissima, ubi res cum uerbis loquitur. Tempus est reuelationis huius iniquitatis. [30]) ***Ich hoffe nun, der Jungste tagk sol nicht lange aussen sein***, ut funditus perdatur. [31])

Crassissimi fuerunt errores papae*) ante Euangelij tempora, qui tamen adorabantur, ***der wir vnns nun mussen schemen tzugedencken, als mit dem heiligthumb weisen, Josephs hosenn***, S. Francisci ***niederkleidt***. Respondit D. M. Lutherus: paucissimi praedicatores fuerunt, qui [32]) in minimis negotijs conscientijs consulere potuissent, [33]) imo praegnantibus et lactantibus [34]) ieiunia seueriter imponebant sine dispensatione.

Papistarum mendacia **) sunt palpabilia, ***der die sich itzund schemen***. Sicut quidam ciuis Oschazensis publice carnes in quadragesima comedens a D. Georgio citatus confessus est sine timore, et probauit ius suum ex confessionali. [35])

---

*) ***Conf.*** Luth. colloq. germ. III. p. 214. cap. 27. §. 81.
) ***Conf.* ibid. III. p. 215. cap. 27. §. 82.

22) Cantuariensem] Cod.: Canthriariensem
23) collocasse — Christi.] Reb.: Syluestrum et Thomam Cantuariensem in octauam Natiuitatis Christi collocasse.
24) ille] Reb.: Syluester
25) hic] Reb.: Thomas
26) lucrifecit. Thomas Apostolus (Cod.: Apostolis)] Reb.: lucrifecisse creditur. At Apostolus Thomas
27) ad] Reb.: erga
28) Nam — studium] Reb.: Praecipuum enim Papae studium
29) ***darumb — angetzeigt,***] Reb.: Ideo in Papae clauibus omnes suas indicaui rapinas,
30) loquitur. Tempus — iniquitatis.] Reb.: loquuntur. Tempus reuelandi est huius abominationis,
31) ***Ich hoffe*** — funditus (Cod.: funditur) perdatur.] Reb.: spero autem nouissimum diem non longe abfuturum, vt funditus extirpetur.
32) Crassissimi fuerunt — — fuerunt, qui] Reb.: cum ante Euangelij tempora, crassissimis erroribus persuadebamur, quorum nunc cum pudore mentionem fecimus, vt cum ostendebantur reliquiae Sanctorum caligae Iosephi, Francisci subligaculum. Haec acciderunt ex defectu piorum praedicatorum, vbi — ***Haec sectio, quae in*** Cod. fol. 618a lin. 8 — 15. ***legitur, ap.*** Reb. ***praecedentem non subsequitur, sed paulo superius*** II. fol. 78a lin. 15 — 23. ***proxime post verba***: „et viuentes contemnimus," ***refertur***.
33) potuissent,] Reb.: potuerunt,
34) lactantibus] ***sic*** Reb.: Cod.: lactentibus

Digitized by Google

Item, Quidam ciuis [36]) Spirae uxorem suam mortuam sepeliri [37]) iussit sine exequijs, *beruffet sich auff sein Confessional*, [38]) quod sibi uiuenti omnia peccata essent condonata. Ideo nihil opus esse uigilijs aut missis. Deinde recitauit sepulturam [39]) in Orliens ciuitate Galliae, ubi [*fol. 618b*] matrona quaedam mortua uiuens [40]) prohibuit, ne quid exequiarum fieret sibi. Et apud monachos sine exequijs est sepulta. Monachi excogitabant spectrum eiulans conspici, petens Missam, [41]) quia ipsa esset in purgatorio propter peccata sua. Tandem monachorum [42]) fraudes reuelatae sunt [43]) per adolescentem, et ex prouincia pulsi sunt per Regem. [44]) Summa, Papa nihil uult remittere, sed uult pudefieri.

Anno 39. 22 Februarij dicebatur de horrendis papistarum mendacijs, quibus alienarunt homines. In Anglia imaginem Christi excauatam habuerunt, in quam certo tempore calidam aquam infuderunt, quae per oculos et pedes manauit. Populus ex superstitione copiosus accurrit, aquam illam et salutiferam colligens. Tandem per Episcopum Latimerum in uisitatione publice fracta est. [45]) Ita Romae tres fontes esse fabulabantur, [46]) quos effecerit Pauli caput saltans, [47]) cum

---

35) Papistarum mendacia — — ex confessionali.] Reb.: Haec mendacia palpabilia Papae, quarum nunc meminisse pudor est, deridentur sicut ciuis quidam Oschatzensis in etc. publice carnes comedens, a D. G. citatus, sine timore confessus est, ex confessionali Papae, iuste se fecisse probans. — *Haec sectio, quae in* Cod. fol. 618a lin. 16. — fol. 618b lin. 8. *et ap.* Reb. II. fol. 78a lin. 24. — fol. 78b lin. 14 med. *legitur, in utroque libro praecedentem subsequitur.*

36) Quidam ciuis] Reb.: ciuis quidam

37) sepeliri] *sic* Reb.; Cod.: sepelire

38) *beruffet — Confessional,*] Reb.: et defendebat se suo confessionali,

39) recitauit sepulturam] Reb.: recitabatur sepultura

40) uiuens] Reb.: viuens adhuc,

41) fieret sibi. Et — Missam,] Reb.: sibi fieret, quae apud monachos sepulta, qui spectrum excogitabant eiulans, petens missas et eleemosynas,

42) monachorum] Reb.: hae

43) sunt] *a* Reb. *abest.*

44) et ex prouincia — Regem.] Reb.: monachi per Regem prouincia expulsi sunt.

45) Anno 39. 22 Febr. — — fracta est.] *haec prior huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 618b lin. 9 — 16 med. *refertur, a* Reb. *omissa est fortasse eam ob causam, quod ea, quae supra* p. 251. lin. 12 — 18. *relata sunt, iterare videtur.*

46) Ita Romae — fabulabantur] Reb.: Finxerunt enim Romae tres fontes exortos, — *Ab his verbis incipit altera huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 618b lin. 16 med. — 19. *et ap.* Reb. II. fol. 78b lin. 14 med. — 18. *exhibetur.*

47) Pauli caput saltans] Reb.: caput S. Pauli decollati saltans,

Digitized by Google

appellatione nominis Hiesu. Respondit D. Martinus: *Ach es sein nicht* humana, sed sathanica mendacia. [48])

D. M. Lutherus interrogabatur, quid in papisticis indulgentijs esset carina. Respondit: Quadragena per 40 dies. Nam multae fuerunt partes poenitentiales, quinque anni, 7 anni, 40 anni pro uno peccato mortali. Item 40 dies. [49])

In Lichtenberg*) considerauit D. M. Lutherus opes Antonitarum satis magnificas, *also dass tzu dieser tzeit mit drey thonnen goldes schwerlich tzu enden were,* [*fol. 619a*] *das hat vortzeitten* sordidissimus quaestus *gegeben, sie sindt vmbgetzogen wie die knapsecke,* [50]) homines cingulis, peris et cultris sibi deuincientes. Tetzel corruptus in Annae monte ab Antonitis ita eos commendauit, *dass ein solcher* Concursus *wur worden, dass man ihnen 3 meilen war nachgelauffen.* Ita moti illius persuasione, [51]) nisi honorarent reliquias sanctorum, omnes [52]) scaptensulas et metalla euanescere. Ah bone Deus, quis nobilium, ciuium, rusticorum Deo gratias agit pro ista liberatione ab harpyijs, quibus innumerabilem thesaurum obtulerunt quotidianis accidentibus, [53]) nunc ingrati redduntur, non enim tantum accidentia, sed et [54]) substantialia pijs [55]) detrahere conantur.

Monachus concionatus, unde *die von Schmöllen* [56]) *die milch* Mariae *bekommen hetten.* Dixit: *das kindt* Hiesus *sog die brüste, wardt tzornig, wandt sich hinweg, da sprang die milch hinweg vnnd sie fingen sie mit einem leffel auff* etc. [57])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 215 sq. cap. 27. §. 83.

48) Respondit D. M. — mendacia.] Reb.: His Satanicis mendacijs persuasi, omnia credidimus.

49) D. M. Lutherus — — 40 dies.] *haec, quae in* Cod. fol. 618b lin. 20 — 24. *leguntur, a* Reb. *absunt.*

50) consideraut D. M. Luth. — — *knapsecke,*] Reb.: D. M. Luth. consideraut Antonitarum splendidas domus, quae difficile hisce temporibus tonnis auri erigi et aedificari possent, vnde olim sordidissimus quaestus ortus est, omnes enim fere circumnagabantur regiones, — *Haec sectio in* Cod. fol. 618b lin. 25. — fol. 619a lin. 12. *et ap.* Reb. II. fol. 79a lin. 4 — 22. *legitur.*

51) corruptus in Annae m. — — persuasione,] Reb.: in Annae monte ab Antonitis corruptus, eos ita Ecclesiae commendauit, vt tantus existeret concursus, vt et homines per tria miliaria illos visitarent, ita persuasi,

52) honorarent — omnes] Reb.: reliquias sanctorum honorarent, et omnes

53) obtulerunt quot. accidentibus,] Reb.: quotidianis accidentalibus obtulerunt,

54) accidentia, sed et] Reb.: accidentalia, sed

55) pijs] Reb.: pijs Doctoribus

56) *die von Schmöllen* (Cod.: *Schmollen*)] *sic h. l. legitur, at supra* fol. 617b lin. 20., *ubi eadem brevius memorantur, locus nominatur: tzu Schmellen in Westphalen.*

57) Monachus concionatus — etc.] *haec hoc quidem loco ap.* Reb. *non reperiuntur, consentiunt autem cum iis, quae a* Reb. *paulo superius*

Digitized by Google

QVAESTVS ET AVARITIA PAPAE. *)

Papa quotannis accepit de singulis Petrinum, id est duos grossos, *das hat gemacht bei neun hundert Tausent fl.* [58]) Multi Altaristae [59]) uix habuerunt 60 gross. [60]) et tamen abunde sustentarunt se [61]) ex accidentibus. Wittenbergensis pastura uix habuit certi pretij 30 fl. et tamen ultra 300 annuatim, *das eingeschneide* [62]) *ist gross gewesen.* [63]) Ego scio Episcopum Misnensem 2000 fl. priuari, [63a]) quos habuit ex consistorio [64]) ex mulctis adulterorum, stupratorum, proprie ad principes pertinent, si saperent principes, possent hanc pecuniam ad se deriuare. [65])

[*fol. 619*[b]] Ego Martinus Lutherus uolens cognoscere iura Ecclesiastica **) legi [66]) summam Angelicam. Dicebat D. Hennius, Non Angelica, sed Diabolica esset appellanda propter argutias inextricabiles. Sic [67]) ludit papa suis casibus, quos omnes praeseruat scrinio sui pectoris et mentali reser-

---

*) Reb. II, fol. 79[a] lin. 23. – fol. 81[a] lin. 15. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 216. cap. 27. §. 84.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 216 sq. cap. 27. §. 85.
II. fol. 78[a] lin. 5 med. — 10 med. *sic relata sunt*: Lac beatae virginis Mariae, vbi monachus impudenter praedicauit, quomodo lac accepissent, dicens: Puer Iesus mammillas sugebat, prouocabatur ad iram et faciem auertebat, tunc fluebat de matre, quod cochleari susceptum est. (*vide supra* p. 252. notam 19.)

58) Papa quotannis — *Tausent* fl.] Reb.: Papa quotidianis accepit in Anglia de singulis personis Petrinum, valentem duos grossos, qui summatim ferunt nouies centena millia floren. — *Haec sectio legitur in* Cod. fol. 619[a] lin. 17 — 27., *ap.* Reb. II. fol. 79[a] lin. 23. — fol. 79[b] lin. 5 med.

59) altaristae] *sic* Reb.; Cod. *calami err.*: Althaustae

60) 60 gross.] Reb.: 60 gross. deputatum

61) sustentarunt se] Reb.: se sustentarunt

62) *eingeschneide* (*i. e.* salarii accessiones)] *sic scripsi*; Cod.: *eingeschnete*. — *Conf. de illa voce* Ioh. Leonh. Frischii *Teutsch-Latein. W'örterb.* P. II. p. 214.

63) Wittenbergensis pastura — *gr. gewesen.*] *haec a* Reb. *absunt.*

63a) priuari] *sic scripsi*; (= Coll. germ.: *abgehen*); Cod.: priuati

64) Ego scio — ex consistorio] Reb.: Episcopus Misnensis annuatim ex consistorio collegit vltra 2000 flo.

65) stupratorum — ad se deriuare.] Reb.: stupratorum, et excommunicationibus, quae potius ad Principes pertinerent, si saperent, pecuniam hanc ad se deriuare possent.

66) Ego Mart. Luth. — legi] Reb.: Doct. Mart. Luth. volens iura Ecclesiastica cognoscere, legit — *Sectio ab his verbis ordiens, quae in* Cod. fol. 619[b] lin. 1 — 23. *legitur, ap.* Reb. *paulo inferius* II. fol. 80[a] lin. 28. — fol. 80[b] lin. 29. *reperitur.*

67) Dicebat D. Hennius — Sic] Reb.: Dominus Hennius affirmabat non Angelicam sed Diabolicam esse appellandam propter inexplicabiles argutias. Sic enim

Digitized by Google

uationi, sic [68]) remisit, ut tamen sibi praeseruet. Ita omnia eius iura sunt incerta. Adeo diabolicis mendacijs nos lusit papa [69]) sub potestate clauium. Ideo Paulus non immerito illa tempora saeuissima appellet, [70]) ubi ex ira Dei Romani pontifices per tot prodigia mendaciorum regnarunt, *brauchen ihre Curtisanische* [71]) *stucklein.* [72]) Angliam habebat liberam. *Aber der Peterspfennig brachte dem babst Jerlich bey 9 tonnen goldes.* [73]) Ita [74]) Petrus ardentissimis uerbis papam [75]) describit: *Es sindt durchtriebene leute im geitze,* [76]) non dicit de simplici et humana auaritia. Considerate tantum, [77]) quid egerint Vrbanus sextus, Gregorius 9. [78]) Bonifacius 12. ante Concilium Constantiense, et in illo Concilio aliquo modo Romanistae [79]) humiliati terrebantur. Deinde iterum insultabant, nunc iterum territi sunt, *machte es doch der Tetzel tzu grob, das mans muste greiffen.* [80]) scribebat Indulgentias ualere, etiamsi homo non poeniteret sine omni contritione [81])

Pictura afferebatur*) D. M. Luthero, [82]) ubi papa erat suspensus una cum [83]) Iuda et loculis Iudae. Respondit: *das wirdt dem babst wehe thun,* [84]) qui a Caesare et regibus adoratus [*fol. 620a*] est *vnnd sol nun an seine schlussel gehenckt werdenn. Es wirdt die papisten sehr schmertzen,* [85])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 217. cap. 27. §. 86.

68) m. reseruationi, sic] Reb.: m. reseruatione sic

69) diabolicis mend. nos lusit papa] Reb.: Sathanicis mendacijs nos Papa lusit,

70) appellet,] Reb.: appellat,

71) *Curtisanische*] *sic scripsi;* Cod.: *Corthusanische*

72) *brauchen — stucklein.*] Reb.: vtebantur fallacijs et dolis Curtisanorum.

73) Angliam habebat — *goldes.*] *haec a* Reb. *absunt.*

74) Ita] Reb.: Quapropter

75) papam] Reb.: papatum

76) *Es sindt — geitze,*] Reb.: Sunt homines auarissimi,

77) tantum,] Reb.: quaeso

78) Vrbanus sextus, Gregorius 9.] Reb.: Vrbanus, Georgius nonus,

79) et in illo — Romanistae] Reb.: in quo Romanistae aliquo modo

80) territi sunt, *machte — greiffen.*] Reb.: sunt territi, furus Tetzelij ideo natus est, omnibus vt digitis tangi posset.

81) scribebat — contritione.] *haec a* Reb. *absunt.*

82) Pict. afferebatur D. M. Luthero] Reb.: Pictura afferebatur a D. M. Luth. constituta, — *Sectionis sic ordientis, quae in* Cod. fol. 619b lin. 24. — fol. 620a lin. 19. *legitur, pars prior, quae finitur verbis*: „*an seine eigene schlüssel hencken.*“ *ap.* Reb. II. fol. 79b lin. 5 med. — 22. *reperitur.*

83) erat suspensus una cum] Reb.: suspensus erat cum

84) *das wirdt — thun,*] Reb.: Hoc Papam valde macerabit,

85) *vnnd sol — sehr schmertzen* (Cod. *schwertzen*)] Reb.: et nunc in suas claues suspendi debet. Papistis maximam (*pro*: maximum) adferet dolorem,

Digitized by Google

quia conscientia eorum perstringetur [86]) et res ipsa loquitur. *darumb wapnet sich der beuttel mit dem bischoffhutten vnnd Cardinal infuln* [87]) *sehr wol,* [88]) quia tanta fuit auaritia papae, ut non tantum allata pallia omnium regionum ad se rapuerit, sed uendiderit [89]) sacramenta, indulgentias, fraternitates, sanguinem Christi, coniugium. [90]) *darumb stecket der beuttel vol raubes,* [91]) et merito ei [92]) contradicitur, sicut in Apocalypsi dicitur: [93]) Miscete ei duplum. *Er hat mich verdammet, verbrandt vnnd dem Teuffel in hindern gesteckt, so wil ich ihn an seine eigene schlüssel hencken.* [94]) *Vnnser herrgott* [95]) *konde wol reich sein, wan er wolde,* si plagas, morbos et calamitates ad se reciperet et pecunia redimi permitteret, *was würde er fur geldt lösen.* In regno papae *ist es dennoch schier also gefast gewest,* quod singuli morbi sua habuerunt idola et patronos. Ideo Caietanus Cardinalis Augustae cum singultu dixit: Noli [95a]) illam Monarchiam optime constitutam ita discerpere. [95])

Horrenda est Dei ira *) in tot papae decretis, ne unicum locum scripturae aut articulum Catechismi tractari. [96]) Nam papa suam Ecclesiam proinde [97]) ut externam aliquam politiam constituere uoluit. Ideo impijssime docuit, Cucullam

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 218. cap. 27. §. 87. 88.

86) perstringetur,] Reb.: perstringitur,

87) *infuln* (*i. e.* infulae)] Cod.: *infoln*

88) *darumb wapnet sich — sehr wol,*] Reb.: Ideo marsupium pileis est et insulis (*pro:* infulis) Episcoporum et Cardinalium optime se munit,

89) quia tanta fuit — uendiderit] Reb.: Annuata, pallia omnium regionum ad se rapuit, sed vendidit etiam

90) coniugium.] Reb.: coniugium, etc.

91) *darumb — raubes,*] Reb.: Marsupium ideo suum rapinis plenum est,

92) ei] Reb.: illi

93) dicitur:] Reb.: legitur.

94) *Er hat mich — hencken.*] Reb.: Ego per Papam condemnatus, combustus, et Diabolo omnino traditus sum, ille vero a me in proprias suspendi debet claues.

95) *Vnnser herrgott* — — ita discerpere.] *haec altera huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 620a lin. 12 med. — 19. *legitur, a* Reb. II. fol. 80b lin. 21 — 29. *sic exhibetur:* In regno Papae ita ordinatum fuit, vt singuli morbi habuerint sua idola et patronos, si Deus noster quaerere voluisset, tunc omnes morbos, plagas, calamitates ad se recepisset, et pecunia redimi permisisset, magnum certe cumulasset aceruum pecuniae. Ideo Cardinalis Caietanus Augustae et singultu dixit ad me: Noli illam monarchiam optime institutam ita discerpere.

95a) Noli] *sic* Reb.; Cod.: Nolo

96) Horrenda est — tractari.] Reb.: Horrenda ira Dei est, quod in tot Papae decretis ne vnicus locus scripturae aut articulus Catechismi tractetur et declaretur. — *Haec sectio in* Cod. fol. 620a lin. 20. — fol. 620b lin. 6., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 79b lin. 23. — fol. 80a lin. 9. *legitur.*

97) proinde] Reb.: perinde

Digitized by Google

cadaueri [98]) indutam, [99]) remissionem peccatorum afferre, aequans eam [99]) merito [100]) Christi saluatoris. Hanc profanationem [*fol. 620b*] papa non tantum permisit, sed et confirmauit. Superstitionis papisticae magna est uis, perrumpit enim uiolenter. [1]) Ideo Daniel dicit de Antichristo: [2]) Et prosperabitur, donec consummetur ira. Ego [3]) spero illam iram iam esse consummatam, *dass gott dem babste werde wehren*, modo nostra propria securitas et contemptus non promouerent malum etc. [4])

Literae uenerunt*) a uisitatoribus [5]) de Idolatria Bennonis deuastata Misniae. Respondit: [6]) Quomodo clamabunt et gloriabuntur papistae *keiserliche gestieffte*. Sicut [7]) Episcopi uolunt esse *fürsten des reichs*. [8]) Ita Caesar coactus est confirmare papatum contra se, et deinde gladium arripuerunt, sicut Iulius papa fecit. Quando peruenissent in authoritatem, *so hetten sie den* habitum *abgeleget vnnd weren fürsten vnnd keiser worden*, [9]) sicut Cardinalis Saltzburgensis et Moguntinus fuerunt potentissimi, sed Deo gratia, qui iudicium super illos ponit iuxta scripturam. Sic faciet eis Dominus, sicut nobis [10]) facere cogitauerunt. Nam ego uideo illorum obdurationem, et [11]) optimae personae quam primum eliguntur in Episcopos et iuramentum faciunt, fiunt indurati

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 218 sq. cap. 27. §. 89.

98) cadaueri] Reb.: mortuo homini

99) indutam . . . eam] *sic recte* Reb.; Cod.: indutum . . . eum (*quamquam non vocem* cucullum, *sed* cucullam *in praecedentibus exhibet.*)

100) merito] Reb.: meritis

1) perrumpit enim uiolenter (Cod. *falso:* uidenter)] Reb.: violenter enim perrumpit.

2) dicit de Antichristo:] Reb.: de Antichristo dicit.

3) Ego] *a* Reb. *abest.*

4) *dass gott* — — malum etc.] Reb.: et Dominum Papam confundere velle, nisi nostra securitas, contemptus et dissidia mutua, nouum malum excitauerint.

5) L. uenerunt a uisitatoribus] Reb.: L. a visitatoribus venerunt — *Haec sectio, quae in* Cod. fol. 620b lin. 7 — 21. *exhibetur, etiam ap.* Reb. II. fol. 80a lin. 10 — 27. *praecedentem subsequitur.*

6) Bennonis (Cod. *male:* Bennones) deuast. M. Respondit:] Reb.: Bennonis Misniae deuastata. Respon. M. L.

7) clamabunt — Sicut] Reb.: papistae clamabunt et gloriabuntur, Caesaream legata. Nam

8) *fürsten des reichs.*] Reb.: Principes imperij.

9) contra se, et — — *keiser worden,*] Reb.: cum sua iniuria. Nam Papa gladium arripiens (sicut Iulius Papa fecit) in summam peruenisset authoritatem, habitum deposuissent, et imperia Caesarum ac Principum assumpsissent.

10) nobis] *ap.* Reb. *deest.*

11) et] Reb.: vt

Digitized by Google

sicut Iudas. [12]) Nam sathan ingreditur post [13]) buccellam intinctam.

Fuit quidam Officialis,*) ut uocant, [14]) qui habuit sacrificulum. Is cum missam, quam iussus erat celebrare, intermiserat, Dominum [15]) ita offendit, ut eum ab officio remouere uellet, nisi 20 fl. numeraret. Sacrificulus metu [*fol. 621a*] pauidus et nummis destitutus, [16]) petijt, ut sibi daretur promotio [17]) 14 dierum, intra quos promisit se pecuniam collecturum esse. [18]) Elapsis 14 diebus [19]) cum alium Dominum quaesiuisset, fecit duas scopas easque deportauit in aedes officialis. [20]) Cur, inquit officialis, scopas affers, cum scis pecuniam me [21]) postulare? Quid tum? [22]) respondit sacrificulus: duas confeci scopas, quarum unas tibi trado, alteras ego reseruo, *dass ein iglicher seine thur kehre, so wirdt mir mein herr kein geldt abfodern*, [23]) et sic discessit etc. [24])

CONTROVERSIAE CVM PAPISTIS. [25]) **)

Tria debent esse libera
- Sacramentum utriusque speciei.
- Coniugium sacerdotum debet esse liberum, quamuis plures Canonici permanebunt scortatores.
- Missa etiam debet esse libera. [26])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 219. cap. 27. §. 90.

**) Reb. II, fol. 81a lin. 16. — fol. 82b lin. 27. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 224. cap. 27. §. 96.

12) eliguntur in Ep. — Iudas.] Reb.: in Episcopos eliguntur facto iuramento indurati mutantur in Iudam,

13) post] Reb.: per

14) Fuit quid. Off., ut uocant,] Reb.: Officialis quidam fuit, — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 620b lin. 22. — fol. 621a lin. 9., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 80b lin. 30. — fol. 81a lin. 15. *exstat.*

15) Is cum missam — Dominum] Reb.: qui missam quam, erat iussus celebrare, intermiserat, Deum (*pro*: Dominum)

16) nummis destitutus,] Reb.: pauper,

17) promotio] Reb.: prorogatio

18) promisit — coll. esse.] Reb.: se pecuniam collecturum promisit

19) 14 diebus] Reb.: his diebus

20) fecit duas — aedes officialis (Cod.: officiales).] Reb.: duas scopas fecit, easque in aedes officialis deportauit.

21) pecuniam me] Reb.: me pecuniam

22) Quid tum?] *a* Reb. *absunt.*

23) ego reseruo — *abfodern* (Cod.: *anfodern*)] Reb.: mihi reseruabo, vt si vnusquisque nostrum purget ante suas fores, tunc dominus meus nullam a me pecuniam petat,

24) etc.] *ap.* Reb. *non legitur.*

25) Controv. cum Papistis.] Reb.: Controuersiae cum Papistis quae nulla concordia sarciuntur.

26) Tria debent — — esse libera.] *haec et sequentia, usque ad verba*: „*seit ihr gerecht, so helff euch gott.*“ *quae in* Cod. fol. 621a lin. 12. — fol. 622a lin. 1. *leguntur, a* Reb. *absunt.*

Digitized by Google

Nu es muss endtweder an ein reuffen gehen oder mussen vnns das tzugeben wann es dahin kompt, dass sie vnns tzugeben, so mussen wirs thun. dann wie haben die Christen gethan mit den Arrianern, wie hat Paulus mit den Juden mussen thun. Also mussen wir sie auch auff ihre gewissen lassen. ex quo nolunt nos sequi, *dan sol Christus seine predigt lassen. das thut er nicht. man köppe, trencke, würge dort vnnd da. Ich lasse euch auch köppen vnnd wartte der verfolgung, bis sie ihr müde werden, vnnd muss doch tzuletzt dahin komen, dass man einen* [*fol. 621*^{b}] *iden lass gleuben, wie ers in seinem gewissen weiss tzuuerandtwortten vor gott. darumb were die vereinigung am besten, wie gesagt.* Heluetij nondum conuenissent inter se, *wenn sie sich nicht daruber geraufft hetten. Ich furchte, es werde den papisten auch also gehen.*

Anno 1517. in festo omnium sanctorum primum coepi contra papatum scribere contra indulgentias. 18. excommunicabar. 19. disputabam. Deinde multa dixit de Italiae inconuenienti aura et optimo uino. Anno 8. primum uenit D. M. Lutherus Wittenbergam. Anno 9. profectus est Romam. 12. electus est in Doctorem. [27])

D. Lutherus legens literas etiam protulit citationem, qua eum Caesar citauit Wormatiam subscripto suo nomine crassis literis: Carolus. Inscriptio erat: *dem Ersamen vnnsern lieben andechtigen* D. M. Luther *Augustiner ordens.* Hoc titulo [28]) non est dignatus eum Dux Georgius, quo Caesar appellans eum: *Ersamen*, quia erat excommunicatus. Deinde legit principis Friderici literas, quibus ab eo petijt, ut postillam explicet cum Euangelijs et Epistolis. Deinde literas Marchionis, Georgij et Comitis Hassiae, et dixit Comitem Hassiae primo acerrimum eius fuisse aduersarium, qui Wormatiae ad Doctorem uenerat expostulaturus cum eo amice: *Er doctor*, Vos docuistis, si quis impotens esset, alium ad uxorem [29]) admitteret, et multa alia. Tandem abijt dicens: *seit* [*fol. 622*^{a}] *ihr gerecht, so helff euch gott.* [26])

De papistis et Tyrannis [30]) dixit,*) quod eo peruenissent, ut fateri cogantur [31]) nos uera docere, etsi resistant, sed

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 219 sq. cap. 27. §. 91.

27) Anno 1517. — — in Doctorem.] *Conf. tabula in principio capitis:* De D. M. Luthero *supra* p. 154. nota 74. *ex* Rebenstockii Ed. *allata.*

28) titulo] Cod. *calami err.*: ditulo

29) alium ad uxorem] *sic scripsi;* Cod.: aliud ad uxorum

30) De papistis et Tyrannis (Cod. *male:* Tyrannus)] Reb.: De Tyrannis et Papistis — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 622^{a} lin. 2—22., *ap.* Reb. *autem* fol. 82^{a} lin. 10. — fol. 82^{b} lin. 6. *legitur.*

31) cogantur] Reb.: cogerentur

Digitized by Google

Doctrina et uita [60]) bene distinguantur. *) Vita est mala apud nos [61]) sicut apud papistas etiam. Non igitur de uita dimicamus, sed de doctrina. [62]) Hoc nescierunt Hus [63]) et Wicleff, [64]) qui uitam Papistarum [65]) impugnarunt. Ego nihil de uita mea dico, sed de doctrina, [66]) an aduersarij recte doceant. Mea uocatio praecipue ista est. [67]) Alij tantum uitam insectati sunt, sed de doctrina *ist der gans an den kragen gegriffen,* [68]) scilicet quod regnum et officium papistarum est malum. [69]) Hoc si obtinemus, facile conuincimus etiam uitam esse malam. [70]) Quando uero manet purum uerbum, *so kan* uita *tzu recht kommen,* etiamsi aliquid ei desit. Omnia in uerbo sita [71]) sunt. hoc [72]) papa nobis sustulit et aliud [73]) introduxit. Hoc modo uici papam, uidelicet quod recte doceo. [74]) Quanquam etiam ciuiliter meliores sumus, tamen hoc non est praecipue urgendum, sed doctrina *die bricht dem babst den halss.* [75]) Ideo Daniel recte pinxit [76]) papam cum suo regno. Vbi uoluntas dominabitur, id est, neque spiritualia neque ciuilia curabit, sed dicet: sic [77]) uolo, sic iubeo etc. nulla reddita ratione, etiam naturali. Si enim quaeris, An papa constitutus sit iure naturali, diuino aut humano, respondetur: Nullo, sed ἐθελοθρησκίᾳ, [78]) *so muss*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 222 sq. cap. 27. §. 95. sect. 1—4.

60) Doctrina et uita] *sectio sic ordiens in* Cod. fol. 623a lin. 3.— 27., *ap.* Reb. II. fol. 81b lin. 6. — fol. 82a lin. 9. *exstat.*

61) mala apud nos (nos *in* Cod. *deest.*)] Reb.: mala, scandalosa apud nos,

62) apud papistas — de doctrina.] Reb.: etiam apud Papistas, nos non dimicamus de vita, sed doctrina,

63) Hus] Reb.: Ioan. Huss.

64) Wicleff] *sic recte* Reb.; Cod.: Wisleff

65) Papistarum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

66) nihil de uita — de doctrina,] Reb.: non de vita, sed de doctrina contendo,

67) Mea uocatio praecipue (Cod.: praecipuae) ista est.] Reb.: Nam praecipue ista est mea vocatio,

68) sed de doctrina — *gegriffen,*] Reb.: sed de doctrina mentionem nullam fecerunt (anser enim collo apprehensus erat)

69) papistarum est malum.] Reb.: Papae sit abominabile,

70) obtinemus — esse malam.] Reb.: obtinuerimus, facile conuincemus peruersam illorum vitam,

71) uero manet — — in uerbo sita (Cod.: sita sita)] Reb.: purum verbum manet, tunc vitae sequitur emendatio, etiamsi sit vitiosa. Ideo omnia in verbo Dei sita

72) hoc] Reb.: quod

73) aliud] Reb.: suas traditiones

74) uici papam — doceo.] Reb.: vicit Sathan. Recte docendo confutantur *impia,*

75) *die bricht — halss.*] Reb.: Papam omnino confundit.

76) pinxit] Reb.: depinxit

77) sic] Cod. *male*: si

78) ἐθελοθρησκείᾳ,] Cod.: ἐθελοθρισκία, Reb.: ἐθελοτρισκία,

Digitized by Google

er sagen, niemandes hats ihm geheissen, [79]) sed est simpliciter religio liberi arbitrij. Ideo Daniel eum uocat [80]) Maosin. Paulus *hat* Danielem *wol gelesen*, et utitur etiam uerbis illius: [81]) Eleuabit se supra etc. [82])

[*fol. 623b*] Anno 39. 6 Maij [83]) Adolescens quidam studiosus Pomeranus generosus Martinus Weier [84]) a patre domum uocabatur, [85]) qui erat senex et assuefactus [86]) ad ritus [87]) papisticos. Consulebat [88]) D. M. Lutherum, quomodo cum patre debeat uiuere, [89]) ut eum lucrifacere posset, [90]) an etiam ad tempus propter eius infirmitatem ceremonijs papisticis, ut [91]) missis priuatis interesse deberet. [92]) Respondit D. M. Lutherus consulens, ut omnibus modis se applicaret patri, [93]) ne eum offenderet, sed [94]) ieiunando, orando, Missis, inuocationibus sanctorum ipsi se aequaret, et semper simul uerbo Dei ipsum [95]) parentem erudiret in articulo iustificationis et symboli, praecipue in concionibus de Hiesu Christo. [96]) Si uero pater his non posset flecti, ferendam esse ipsius infirmitatem, [97]) orandum et Deo commendandum, et ut ille omnibus modis caueret, ne sua libertate patrem offenderet, sed ut eum spiritualiter gigneret, a quo carnaliter genitus esset. Si in hunc finem patri se applicaret, non peccaret, etiamsi Missae et alijs profanationibus interesset.

---

79) *so muss — geheissen,*] Reb.: et sic cogitur fateri neminem istam instituere religionem illum iussisse,
80) eum uocat] Reb.: vocat eam cultum
81) Paulus *hat* — uerbis illius:] Reb.: Paulus summa cum diligentia Danielis scripta legit, et illius vtitur verbis,
82) supra etc.] Reb.: super omnia quod Deus dicitur.
83) Anno 39. 6 Maij] *sectio ab his incipiens, quae in* Cod. fol. 623b lin. 1. — 18. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 82b lin. 7 — 27. *reperitur.*
84) Weier,] *sic* Reb.; Cod.: Waijr
85) uocabatur,] Reb.: accersebatur,
86) senex et assuef.] Reb.: homo senex assuefactus.
87) ritus] Cod. *calami err.*: ritos
88) Consulebat] Reb.: Is consulebat
89) debeat uiuere,] Reb.: viuere deberet,
90) lucrifacere posset,] Reb.: lucrifaceret,
91) ut] Reb.: et
92) deberet.] Reb.: debeat.
93) se applic. patri,] Reb.: se patri applicaret,
94) sed] *sic recte* Reb.; Cod.: se
95) ipsum] *a* Reb. *abest.*
96) praecipue in conc. de Hiesu (Cod.: Hieso) Christo.] *a* Reb. *absunt.*
97) Si uero — infirmitatem,] Reb.: preciter his si non posset flecti, infirmitatem ipsius esse ferendam,

Digitized by Google

DOCTRINA PAPISTARVM ET COECITAS. 98) *)

Homo faciens 99) quantum in se est, meretur gratiam ex congruo immutabiliter. Haec doctrina semper durauit, etiam Gersonis tempore usque ad Lutherum. 100) Neque est ulla differentia inter hanc doctrinam et Arrianam nisi uocabulorum uariatio.

Papistae passionem 1) tripliciter praedicarunt. *Erstlich haben [fol. 624a] sich die prediger selber gemartert,* 2) deinde auditores, tertio Christum, multa deblaterando septem horis, usum 3) passionis nunquam attigerunt, tantum lamentationes Mariae. 4)

Horrenda fuit coecitas et ira Dei 5) regnum papae, **) ut tanta mendacia nemo intelligeret, post tam praeclaras admonitiones a Christo et Apostolis factas. Nec potest aliter solui 6) nisi ex dicto Pauli 2 Thessalon. 2. Tradidit eos Deus 7) in efficaciam erroris. Illa ἐνέργεια 8) tanta fuit, ut non intelligerent crassissimos errores. Haec 9) sunt duo fundamenta papae: 10) Quodcunque ligaueris super terram. 11) Item. Pasce oues meas. 12) Hinc detorsit omnia ad potentiam suam in

---

*) Reb. II, fol. 82b lin. 28. — fol. 88a lin. 16. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 225. cap. 27. §. 97.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 225 sqq. cap. 27. §. 98.

98) et coecitas.] Reb.: errores coecitas.

99) Homo faciens] Reb.: De merito congrui impium erat dogma, scilicet, homo faciens — *Haec sectio, terminata verbis:* nisi uocabulorum uariatio, *quae in* Cod. fol. 623b lin. 21 — 25. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 83b lin. 10 med. — 16. *reperitur.*

100) ad Lutherum.] Reb.: ad haec.

1) Papistae passionem] Reb.: Ita Passionem Christi — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 623b lin. 26. — fol. 624a lin. 4., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 83b lin. 20 — 25 med. *exstat.*

2) *Erstlich haben — gemartert,*] Reb.: primum concionatores seipsos macerarunt,

3) multa deblaterando (Cod.: deplaterando) — usum] Reb.: 7 aut 8 horis multum deblaterando, et tamen usum

4) Mariae.] Reb.: B. virginis.

5) Horrenda — et ira Dei] Reb.: Horrenda coecitas et ira Dei fuit — *Haec sectio terminata verbis:* „ac si uidisset impletum." *quae in* Cod. fol. 624a lin. 5. — fol. 624b lin. 15. *exhibetur, ap.* Reb. II. [fol. 83a lin. 1. — fol. 83b lin. 10 init. *reperitur.*

6) solui] *sic recte* Reb.; Cod.: salui

7) Deus] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

8) *ἐνέργεια*] Cod. *et* Reb. *falso: ἐνεργία*

9) ut non intelligerent — Haec] Reb.: vt crassissimos errores non intelligerent. Haec enim

10) papae:] Reb. *typ. err.:* Papa.

11) terram.] Reb.: terram, etc.

12) meas.] Reb.: meas, etc.

Digitized by Google

Ecclesia et politia. [13]) In decretis plenus [14]) mendaciorum et τυράννιδις impudenter [15]) dicit, non esse praesumendum tantae celsitudinis apicem errare posse. Fecerunt ex eo Deum mixtum. Item. Papa a nulla Ecclesia iudicari debet. Item in alio canone: Autoritas sacrae scripturae pendet a sede Romana. Inde docuit, quod libuit, et Cuculla pro sanguine Christi est adorata. Hoc apud Gentiles satis fuisset monstrosum. [16]) Non defuerunt insignes uiri, qui tamen non agnouerunt. Ideo Daniel dicit: Erit tempus, quo prosternetur ueritas. Papa longe superat superstitiones Iudaeorum, qui legem fundamentum habent, sed [17]) papa sine uerbo Dei contra et supra uerbum Dei docet quae placent, iuxta prophetiam Danielis de rege, [18]) qui loquitur [19]) sine lege, et ex arbitrio [20]) omnia faciet. Sic [*fol. 624b*] uolo, sic iubeo etc. Item. Si papa innumerabiles animas ad inferos traheret, non est [21]) dicendum: Cur facias? *pfu dich.* [22]) Ideo nemo aliquid contradicere ausus fuit. Esto, ego iam uocor summus hostis papae [23]) et haereticus, quia non [24]) moralia et abusus, sed substantiam et doctrinam illius impugnaui et feci iam per annos 20 strenue, ita ut [25]) spiritu oris Domini ita lapsus sit, ut nullum sit refugium amplius nisi ad gladium secularem, *schlegt ihm das Concilium vmb, so wirdt er nichtes geachtet werden.* Nostri Electores nunquam ausi fuissent Legatum illius ita contemnere, sed pro illa liberatione sumus ingratissimi. Ideo sequentur aliae tenebrae et ira Dei. [26]) Consolatur me tamen propinquitas extremi diei, [27]) quia pro-

---

13) Hinc detorsit — et politia.] Reb.: Inde Papa omnia ad suam potentiam in Ecclesia et politia detorsit.
14) plenus] Reb.: plenus est
15) impudenter] Reb.: vbi impudenter
16) Fecerunt ex eo — — fuisset monstrosum.] *haec a* Reb. *absunt.*
17) qui legem — sed] Reb.: qui fundamentum habent legem Mosi. At
18) de rege,] *ap.* Reb. *desunt.*
19) loquitur] Reb.: loquetur
20) ex arbitrio] Reb.: ex arbitrio suo
21) ad inferos traheret, non est] Reb.: cateruatim ad gehennam traheret, non tamen
22) facias? *pfu dich.*] Reb.: facis? phui.
23) hostis papae] Reb.: papae hostis,
24) non] Reb.: non tantum
25) et feci iam — ita ut] Reb.: et iam per multos annos strenue perfeci, vt
26) *schlegt ihm das Conc.* — — ira Dei.] Reb.: inuertit eius concilium, tunc uihil honoris habebit. Protestantes nunquam fuissent ausi, legatum illius ita contemnere, sed pro illa liberatione ingratissimi efficimur, quapropter aliae tenebrae et irae Dei sequentur.
27) propinquitas extremi diei,] Reb.: nouissimi diei vicinitas.

Digitized by Google

phetia Danielis est perfecte impleta, qui descripsit papatum perinde ac si uidisset impletum. [28])

Ecclesiam triplicem*) finxerunt { Essentialem, totum corpus sanctorum omnium. / Repraesentatiuam, Concilium. / Virtualem, papam, qui culmen celsitudinis errare non posset. [29])

Occam**) scribit Constantinum Imperatorem primum fuisse Caesarem legitimum, quia cum donasset papae regnum, deinde a papa feudum accepit, et ita iuste imperator factus a pontifice confirmatus, allegans hunc locum de Christo: Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra. Hoc papa sibi arrogat. Ita insultat in decreto: Si quis dubitat de dicto aut facto Romanae Ecclesiae, sit haereticus. [*fol. 625*[a]] Wimphelingus occisus fere fuisset, quod in dubium uocauit, Augustinum non fuisse Monachum. ***Also sindt wir gefangen gewest, dass wir nicht wider das geringste habenn dorffen mucken.*** [30])

D. M. Lutherus [31]) ex Bernhardi Historia***) recitauit quendam Carmelitam peregre profectum incidisse in latrones, [32]) sed cum eo die non orasset ***einen rosenkrantz,*** [33]) sicut quotidie solebat, statim procumbens in genua orauit. Ibi latrones uiderunt pulcherrimam uirginem illi adstare, [34]) quae habebat ***ein schiene in der handt, vnnd nam immer eine rose nach der andern aus des Cartheusers munde,*** [35]) et decima

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 230 sq. cap. 27. §. 105. sect. 1. princip.
**) *Conf.* ibid. III. p. 227. cap. 27. §. 99.
***) *Conf.* ibid. III. p. 227 sq. cap. 27. §. 100.

28) qui descripsit — impletum.] Reb.: qui papatum depinxit, ac si impletum fuisset.

29) Ecclesiam triplicem — — errare non posset.] ***haec tabula*** (Cod. fol. 624[b] lin. 16 — 19.) *a* Reb. II. fol. 83[b] lin. 17 — 19. ***brevius sic exhibetur:***

Essentialem,
Fingunt enim Ecclesiam triplicem Repraesentatiuam,
Virtualem.

(*Conf.* Cod. fol. 627[b] extr.)

30) Occam scribit Constantinum — — ***dorffen mucken*** (Cod. ***mocken***).] ***haec sectio, quae in*** Cod. fol. 624[b] lin. 20. — fol. 625[a] lin. 4. ***exstat, ap.*** Reb. ***h. l. non invenitur.***

31) D. M. Lutherus] ***haec sectio ab hoc nomine incipiens, quae in*** Cod. fol. 625[a] lin. 5 — 20. ***legitur, a*** Reb. II. fol. 84[a] lin. 25 med. — fol. 84[b] lin. 14 med. ***exhibetur.***

32) incidisse in latrones,] Reb.: in latrones incidisse,

33) ***einen rosenkrantz,*** Reb.: orationem istam, quae dicta est corona rosarum,

34) illi adstare,] Reb.: illic stare,

35) ***ein schiene in d. h. vnnd nam*** (Cod.: ***mam***) — ***munde,*** Reb.: in manibus funiculum, et ex ore Carthusiani rosam sumebat vnam prius alteram

Digitized by Google

rosa semper rubea erat, et ita elegans sertum contexebat. [36]) Hoc uidentes latrones [37]) eum non sunt aggressi. *Ach lieber herrgott was haben wir doch nicht durffen gleuben. ist es doch alles gleublich gewest.* [38]) In illum statum papa nos libenter [39]) retraheret, fingit concilium. *Aber last vnns beten vnnd last vnns* [40]) *hierein gehen. wann er vnns verdampt, so wollen wir ihn* Antichristum *declariren.* [41]) Confundetur retrorsum cum suis consilijs, *die haben itzunder viel tzu schaffen,* [42]) praecipue Epicurus ille Moguntinensis.

Recitatio horarum canonicarum fuit triplex. Materialis nuda uerborum lectio. Formalis cum intellectu uerborum, quae fuit libera sine praecepto. Affectualis, quando mentis affectus concitantur ad deuotionem. Illa simpliciter fuit sine ullo praecepto. *pfu dich.* [43]) Magna fuit Tyrannis papae, *) qui fulminabat sine legibus, quia [*fol. 625b*] plenis buccis intonat. [44]) Frustra tenet quatuor Euangelia, qui non tenet Romanae [45]) Ecclesiae uota. Haec sunt uerba illa turgentia [46]) et inflata, ut Petrus ait. Haec sunt illa septem tonitrua in Apocalypsi comminationes papae. Coelibatus est illa figura Apocalyps. 9. ubi Angelus fortis, nube, id est, mysterio occulto indutus iridem super caput, id est, praecepta habens, lucens ut [47]) sol, id est, speciem habens, librum apertum tenens, id est, gloriatur Euangelium, *das muss offen sein.* Ibi optime depingitur forma papatus, [48]) quia est Rex facierum et collu-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 228. cap. 27. §. 101.

36) contexebat.] Reb.: contexerat,

37) uidentes latrones] Reb.: latrones videntes

38) *Ach lieber herrgott — gewest.*] Reb.: Ach Deus bone, quid non credere ausi fuimus, omnia enim fuerunt credibilia.

39) nos libenter] Reb.: libenter nos

40) *vnns*] *hanc vocem h. l. ipse addidi, in* Cod. *deest.*

41) *Aber last vnns — declariren.*] Reb.: Sed nostrum erit orare, nam si condemnat nos, confutare nos illum Antichristum volumus,

42) cum suis consilijs — *tzu schaffen.*] Reb.: suis concilijs, multa enim illis modo sunt negotia efficienda.

43) Recitatio horarum canonicarum — — *pfu dich.*] *hoc principium huius sectionis, quod in* Cod. fol. 625a lin. 21 — 25 med. *exhibetur, a* Reb. *abest.*

44) Magna fuit Tyrannis — intonat.] Reb.: horribilis fuit Papae tyrannis, quia sine legibus fulminabat plenis buccis intonans. — *Haec reliqua pars huius sectionis, quae verbis:* „regnum papae est laruatum" *finitur, in* Cod. fol. 625a lin. 25 extr. — fol. 625b lin. 11., *ap.* Reb. II. fol. 84b lin. 14 med. — 29. *exstat.*

45) Romanae] Reb.: Romae

46) illa turgentia] *sic* Reb.; Cod.: illa turgentia illa

47) ut] Reb.: sicut

48) gloriatur Euangelium — forma papatus,] Reb.: Euangelium gloriatus, hoc apertum esse oportet. Ibi papatus forma egregie depingitur,

Digitized by Google

uies personarum. Deus autem non est aliquid corporale et [49]) personale, sicut regnum papae est laruatum.

D. M. Lutherus laetus [50]) cum Licentiato Amsdorffio [51]) contulit de studijs prioris seculi,*) ubi homines ingeniosissimi uarijs lectionibus occupati fuerunt. Vocabula illa sophistica hoc tempore sunt ignota ac [52]) plane barbarica. Nam Scotus, Bonauentura, Gabriel, Thomas, florente papatu fuerunt homines otiosi, *musten Ja was phantasiren.* [53]) Gabriel scripsit librum super [54]) Canonem missae, qui meo iudicio erat optimus. *wann ich darinne las,* [54a]) *da blutte mein hertz.* Bibliae [55]) autoritas nulla fuit erga Gabrielem. Adhuc retineo illos libros, [56]) qui me adeo excruciarunt. Scotus optime scripsit super [57]) tertium librum sententiarum. Studiosus methodi [58]) Occam ingeniosissimus habuit studium res dilatare et amplificare in infinitum. [59]) Thomas est loquacissimus, quia Metaphysica est seductus. *Nun gott hat vns wunderlich eraus gefuret, nu vber das twentzigste Jar* etc. [60])

[*fol. 626*a] Annis 30 ante [60a]) **) Biblia erant incognita, [61]) prophetae innominati et putabantur impossibiles intellectu. Ego cum essem 20 annos, [62]) nondum uideram Biblia. [63])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 387 sq. cap. 58. §. 3. sect. 1. 2.

**) *Conf.* ibid. III. p. 229. cap. 27. §. 102. (*quae incipit a verbis*: „*Vor dreissig Jahren*").

49) et] Reb.: aut

50) D. M. Luth. laetus] Reb.: D. Mart. Luth. hilaris — *Haec sectio in* Cod. fol. 625b lin. 12 — 26., *ap.* Reb. II. fol. 84b lin. 30. — fol. 85a lin. 19 med. *legitur.*

51) Amsdorffio] Reb.: Nic. Amsdorffio

52) ac] Reb.: et

53) fuerunt homines ot. — *phantasiren* (Cod.: *fantisiren*).] Reb.: homines ociosi fuerunt, ideo oportebat eos sic ludere.

54) super] Reb.: supra

54a) *las,*] *sic scripsi* (= Reb.: legebam); Cod.: *lag,*

55) erat optimus — Bibliae] Reb.: excellentissimus erat, si in isto libro legebam, Cor meum sanguinem sudabat. Bibliorum

56) retineo illos libros,] Reb.: illos libros volunt retinere,

57) optime scripsit super] Reb.: optime et methodice scripsit supra

58) Studiosus methodi] *a* Reb. *absunt.*

59) dilatare — infinitum.] Reb.: dilatandi et amplificandi in infinita.

60) *Nun gott hat v. w. e. gefuret, nu* (Cod.: *nuhe*) — *Jar* etc.] Reb.: Nunc Deus mirabiliter nos a delirijs Papae liberauit me inscio ad istum ludum adduxit atque huc vsque seruauit.

60a) Annis 30 ante] *sic scripsi;* Cod.: Anno 30. Ante

61) Annis 30 ante Biblia erant incognita,] Reb.: Ita coecitas, ex ignorantia Bibliorum, quae Papistis incognita fuerunt, — *Haec sectio, quae finitur verbis*: conscientiae nihil nalet, *in* Cod. fol. 626a lin. 1—25., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 83b lin. 25 med. — fol. 84a lin. 25 med. *legitur.*

62) Ego cum essem (Cod. *falso*: essent) 20 annos,] Reb.: Ante annos 40

63) Biblia.] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

Digitized by Google

Arbitrabar nullum esse Euangelium nec Epistolam nisi in Postillis. Tandem in Bibliotheca inueni Biblia et relegi saepius [64]) cum summa admiratione D. Staupitij. In istis [65]) tenebris regnauit papa summa [66]) superstitione et fuco, cuius Angelicum splendorem [67]) ego nunquam ausus fuissem [68]) aggredi, nisi Paulus clarissimis uerbis, [69]) testimonijs et confutationibus futuram coecitatem papatus ostendisset, et Christus ipsa maiestas [70]) tantis fulminibus ipsum prostrauisset Matth. 23. et 15. Frustra me colunt [71]) doctrinis hominum. Si solus Esaias ita [72]) scripsisset et Christus ipse non repetiuisset, plane contempsissent. Summa summarum, Papistae sunt confutati certissimis scripturae testimonijs. [73]) Ego Dei gratia agnosco istum errorem a priori et posteriori cum omnibus causis. *noch schweitze vnnd engstige ich mich drüber,* [74]) quando illam maiestatem papae fulgentem adorior, cum tamen ipsimet agnoscant totam scripturam ipsis aduersari. [75]) Cum Cardinalis quidam [76]) initio multa contra me deliberasset, Morio quidam id uidens dixisse fertur: Domine mi, sequamini consilium meum, [77]) deponite prius Paulum ex choro Apostolorum, ille prae omnibus uos affligit. Ille [78]) superstitiosus cultus etsi multos deceperit, tamen in conflictu conscientiae nihil ualet.

Ioannes Hus *) exiguum adhuc tentauit contra papatum [*fol. 626*b] morte dignum, quia adhuc duodecim Euangelica consilia docuit et multa alia. [79]) Horrendus certe error ita

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 229 sq. cap. 27. §. 103.

64) Biblia et relegi saepius] Reb.: Bibliam, et saepius relegi
65) istis] *sic recte* Reb.; Cod.: isti
66) summa] *a* Reb. *abest.*
67) splendorem] Cod. *calami err.*: splendorum
68) ego n. ausus fuissem] Reb.: nunquam ausi fuissemus
69) uerbis] *a* Reb. *abest.*
70) ipsa maiestas] Reb.: ipse
71) me colunt] Reb.: colunt me
72) ita] Reb.: hunc locum
73) sunt confutati — testimonijs.] Reb.: certissimis scripturae testimonijs confutati sunt.
74) agnosco istum — — *mich drüber.*] Reb.: istum errorem a priori ad posteriora cum omnibus causis agnosco, tamen maxime errore isto me macero,
75) ipsimet agnoscant t. scr. ipsis aduersari.] Reb.: ipsemet agnoscat t. scr. ipsi repugnare.
76) Cardinalis quidam] Reb.: quidam Cardinalis
77) consilium meum,] Reb.: meum consilium,
78) Ille] Reb.: Ita
79) I. H. exiguum adhuc — — multa alia.] Reb.: I. H. contra Papatum exiguum tentauit, morte minus dignum, asserens 12 consilia Euangelica, multosque Papae errores confirmans. — *Haec sectio, quae finitur verbis:* „Baptismus, Absolutio", *in* Cod. fol. 626a lin. 26. — fol. 626b lin. 21., *ap.* Reb. II. fol. 85a lin. 19 med. — fol. 85b lin. 17. *legitur.*

Digitized by Google

scripturam diuidere in consilia et praecepta, [80]) et deinde docere omnes homines posse et [81]) debere praecepta Dei seruare, sed consilia esse libera, illa non obligare. Ex isto fonte orta est in populo [82]) securitas et hypocrisis operum supererogationis, [83]) quasi monachi maiorem uulgo haberent iustitiam in seruandis consilijs. [84]) Fugiunt paupertatem communem et oeconomicam, fingunt spontaneam suo arbitrio excogitatam castitatem, Coniugalem et Laicam contemnunt. Virginitatis et uiduitatis castitatem extollunt. [85]) Communes credentes dicunt uiuere in controuersijs. Ipsi eligunt sibi conditionem priuatam, [86]) sine contentione, cuius tamen sunt cupidissimi. S. Augustinus et Gregorius sunt in ea opinione, quod opera nostra sint propitiatoria in satisfactionem, non in redemptionem. S. Paulus autem clare dicit: Remissio [87]) peccatorum ex promissione gratuita, [88]) quae peccata delet, et conscientiam pacificat. Alioqui Ecclesiae nulla est [89]) consolatio. Nisi Deus suam Ecclesiam sub remissione peccatorum [90]) seruasset, nemo saluus esset. Mansit tamen textus Euangelij, sacramenta, Baptismus, Absolutio. [91])

In festo Catharinae [92]) et aliarum [93]) martyrum*) legerunt haec uerba et precationes: Domine Deus [94]) fac misericordiam agentibus meam memoriam. Et respondit Deus: [95])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 291 sq. cap. 5. §. 16.

80) ita scripturam — praecepta,] Reb.: scripturam sacram in praecepta et consilia impia distribuere,
81) et] *sic* Reb.; Cod.: ea
82) in populo] *a* Reb. *absunt.*
83) op. supererogationis,] Reb.: op. superrogationis et non debitorum,
84) m. uulgo haberent — consilijs,] Reb.: m. haberent iustitiam, quam Christiani in seruandis consilijs perfectionem statuentes.
85) s. a. excogitatam castitatem, — — extollunt.] Reb.: s. a. excogitatam, similiter castitatem extrudunt,
86) Communes credentes (Cod. *male:* credendes) — priuatam,] Reb.: communes credentes aspernantur, quasi in forensibus controuersijs viuant, interim ipsi eligunt priuatam conditionem
87) dicit: Remissio] Reb.: docet: Remissionem
88) ex prom. gratuita,] Reb.: ex gratuita promissione
89) Ecclesiae nulla est] Reb.: nulla esset Ecclesiae
90) peccatorum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
91) Mansit tamen — Absolutio.] Reb.: ideo textus Euangelij, Sacramenta, Baptismus, Absolutio in Ecclesijs mansit.
92) In festo Catharinae] *Prior huius sectionis pars ab his verbis incipiens et terminata verbis:* „Oremus et uigilemus in uerbo Dei.“, *quae in* Cod. fol. 626b lin. 22. — fol. 627a lin. 16 med. *exstat, ap.* Reb. II. fol. 87a lin. 13 med. — fol. 87b lin. 4. *reperitur.*
93) aliarum] Reb.: aliorum
94) Domine Deus] Reb.: O Deus
95) Et respondit Deus:] Reb.: quibus Deus respondit.

Digitized by Google

Veni dilecta mea, quod postulasti, impetrasti. Hinc ortae sunt idolatriae. Deinde docuerunt impudenter: Sancti plus potuerunt facere [*fol. 627a*] quam illis a Deo praeceptum erat, plus meruerunt quam demeruerunt. *Da muste der spruch Pauli herhaltten* [96]) Philipp. 3. Adimpleo passionibus Christi, *das muste* ad idolatriam *dienen* [97]) et merita supererogationis. Petrus dixit: uix iustus saluabitur, et illi opera supererogationis impudenter finxerunt. [98]) Hinc ortae sunt tantae imposturae sathanae, peregrinationes *ins grimmenthal*, ubi [99]) homines excaecati, serui, ancillae, pastores, uxores extra uocationem diuinam concurrerunt. Merito [100]) dicitur *Grimmenthal*. [1]) Vallis furoris. Hic nemo resistebat, Episcopus Wirtzburgensis tacebat et consentiebat. Et nos loquentes nunc extreme persequuntur. [2]) Si fides Christi affuisset, facile illa agnouissemus, sed relicta illa [3]) in omnes tenebras incidimus. *Wie die gutte Lupa tzur halle vnd bey Niemeck haben sie einem pferde eine Capellen gebauet.* [4]) Oremus et uigilemus in uerbo Dei. *Wann vnnser herrgott einen straffen wiel, so lest er ihn tzuuor blindt werden,* [5]) ut uerbum Dei plane contemnat, quales sunt papistae hodie, qui fatentur nostram doctrinam [6]) esse uerbum Dei, sed illum syllogismum non possunt concedere contra ipsorum conscientiam: Quando Deus loquitur, tunc est audiendus, Euangelij doctrinam Deus loquitur, Ergo eam audire debetis. Respondent ipsi: Non

---

96) idolatriae. Deinde — — *herhaltten*] Reb.: tot idolatriae, impudenter docentes, Sanctos plus potuisse facere, quam illis a Deo praeceptum, plus meruisse quam demeruisse, ibi dictum Pauli crinibus trahebatur,

97) *das muste* ad id. *dienen*] Reb.: hoc dicto suam defendebant Idolatriam,

98) merita supererogationis — imp. finxerunt.] Reb.: merita supererogationis impudenter finxerunt, (*interpositis omissis*)

99) *ins grimmenthal*, ubi (Cod.: ub)] Reb.: in Grimmethal, vbi

100) concurrerunt Merito] Reb.: currebant, merito igitur

1) *Grimmenthal*,] Reb.: *der Grimmethal*, id est,

2) Hic nemo — — persequuntur.] Reb.: ibi nemo Episcoporum resistebat, nunc vero nos loquentes persequuntur.

3) relicta illa] Reb.: illa relicta

4) *wie die gutte L. — gebauet.*] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

5) *Wann vnnser herrgott — blindt werden,*] Reb.: Summa caritas est signum diuinae poenae, Deus noster si punire aliquem conatur, prius illum occoecat, — *Altera huius sectionis pars, ab illis verbis: „Wann vnnser herrgott" ordiens, et terminata verbis:* „tantas papistarum impietates audiuit", *quae in* Cod. fol. 627a lin. 16 extr. — fol. 627b lin. 10. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 86a lin. 13 med. — fol. 86b lin. 6 med. *reperitur.*

6) quales sunt papistae — doctrinam] Reb.: quales hodie Papistae sunt, qui nostram doctrinam fatentur,

Digitized by Google

est audiendus, sed Ecclesia. [7]) Mirabilis consequentia, concedunt praemissa [8]) et conclusionem nolunt, sed ita perrumpunt sicati [9]) in decreto Concilij Constantiensis scriptum est. Licet Christus ueritas [*fol. 627b*] haec diceret; attamen non obstante, consuetudo pro lege habenda est. *Also muss man die Argument soluiren, wan man wiel recht behalten.* Si hoc non est peccatum Antichristi in spiritum sanctum, tunc nescio definire [10]) peccatum. Ipsi nunc scientes et uolentes peccant [11]) et peccatum defendunt pertinacissime [12]) contra ueritatem uerbi Dei manifestissimam. [13]) Quis quaeso hic non uellet resistere sathanae impudentissimo mendaci? [14]) Non miror Ioannem Hus solum cum tanta [15]) fiducia mortuum, qui tantas papistarum impietates audiuit. [16])

CANTILENAE PAPISTARVM ET RIGOR. *)

Doctor Martinus Lutherus legit statuta monialium scripta frigidissime, suspirabat, *das hat man hoch müssen halten* [17]) contempto interim uerbo Dei. Videte, qualis carnificina fuit in papatu, ubi orationes canonicas tam rigide urgebant, ut [18]) Hugo ille tantos uir horrendam uocem [19]) scripserit: Si quis unam syllabam non obseruauerit [20]) in suo choro, et in al-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 230. cap. 27. §. 104.

7) Quando Deus loquitur, — — sed Ecclesia.] Reb.: Quando Deus loquitur. Ergo audire debemus Euangelium, econtra Papistae insultant, Ecclesia est audienda, non Euangelium.

8) praemissa] *sic* Reb.; Cod.: promissas

9) nolunt, sed ita perrumpunt sicuti] Reb.: negant, ideo temere prorumpunt, sicut

10) definire] Cod. *male:* difinire

11) *Also muss man* — — uolentes peccant] Reb.: sic sunt soluenda argumenta, ne refutentur. Haec vera sunt argumenta Antichristi, in Spiritum sanctum scienter et volenter peccant,

12) defendunt pertin.] Reb.: pertinacissime defendunt,

13) ueritatem u. D. manifestissimam.] Reb.: manifestissimam veritatem verbi Dei.

14) quaeso hic — mendaci?] Reb.: Sathanae hic resistere non vellet, mendaci impudentissimo,

15) solum cum tanta] Reb.: vnicum et solum tanta

16) tantas pap. imp. audiuit.] Reb.: extremas pietates (*pro:* impietates) Papistarum percepit.

17) Cantilenae papistarum — — *müssen halten*] Reb.: D. M. L. rigorem cantilenarum et statuta monialium scripta impijssima legit, et suspirabat, dicens: haec summo honore haberi oportuit

18) ut] Reb.: Vti

19) uocem] Reb.: sententiam

20) non obseruauerit] Reb.: neglexerit

Digitized by Google

tero unam syllabam choro neglexerit, [21]) quod redditurus sit rationem in extremo iudicio. Ego arbitror [22]) Hugonem pie [23]) dixisse propter disciplinam puerilem, quae deinde degenerauit in perniciem conscientiarum. Conscientia nondum est in pueris, qui sunt disciplina [24]) educandi, postea uenientе conscientia Moyses est lapidandus.

Papa finxit triplicem Ecclesiam: *) Essentialem congregationem piorum, Repraesentatiuam, constitutum Cardinalium. Virtualem, papae decretum. [25]) Haec uirtualis Ecclesia [fol. 628a] erat super omnes, sicut: Cuncta per mundum nouit ecclesia. [26]) Item, Si papa infinitas animas in mancipium gehennae duceret etc. [27]) His respondendum est: Christus dicit: Docentes ea quae mandaui uobis. Papa tanta autoritate creuit ideo, quia Petrus et Paulus Romae fuerunt. Hac insigni specie Antichristus regnum suum incepit, ita ut Caesar et summus Elector palatinus officium stratoris gerere coactus sit. *haben diesar bestien den zugel vnnd sattel müssen halten.* Ideo ita superbiebat, ita ut Cardinalis Augustae ad me diceret: Quid putas papam curare Germaniam? Nunc cogitur uidere maximam partem Germaniae defecisse. Regnum Angliae, Daniae ab ipsis defensoribus non aestimantur. *Er ist gemartert* spiritu oris, sed destruetur aduentu Domini. Dux Georgius insignis defensor papae uult illum reformare. O quam intolerabile dictum est reformatio, ut Placentinus Cardinalis in Concilio Florentino de Boiemis dixit: Sinite Boiemos [28]) illas bestias edere, bibere, quidquid uolunt, sed ipsi uolunt nos reformare. hoc non est ferendum. Nam si in uno articulo illis cesserimus, tunc actum est de nostra Ecclesia. Co-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 230 sqq. cap. 27. §. 105.

21) choro neglexerit,] Reb.: non obseruauerit,

22) redditurus sit — Ego arbitror] Reb.: in extremo iudicio rationem sit redditurus. Arbitror

23) pie] *sic recte* Reb.; Cod.: pij

24) sunt disciplina] Reb.: disciplina sunt

25) Papa finxit triplicem — papae decretum,] *conf. supra* p. 268. *tabulam e* Cod. fol. 624b lin. 16 — 19. *allatam.* — *Sectio ab his verbis ordiens atque terminata verbis:* „sequetur uastitas", *in solo* Cod. fol. 627b lin. 24. — fol. 628b lin. 7. *inuenitur.*

26) Cuncta per mundum nouit ecclesia.] *sic scripsi, quod ab his verbis incipiunt* Decreti Partis II. causae IX. quaest. III. capita 17. 18. (*vide* Corp. iur. canon. ed. Richter P. I. p. 523.), *ad quae hic locus spectat.* Cod. *pro iis exhibet:* Cuncta: Nouerit mundus.

27) Si papa — duceret etc.] *haec spectant ad* Decreti Partis I. Distinct. XL. caput 6., *quod orditur a verbis:* Si papa (*vide* Corp. iur. can. ed. Richter P. I. p. 126 sq.).

28) Boiemos] Cod.: Beiemos

Digitized by Google

gitant *vond ist auch war*. Nam illam consequentiam optime vident. Vno individuo [29]) falso totum genus generalissimum erit falsum. Nam qui semel malus, semper praesumitur malus. Ergo illi in possessione sedentes nolunt cedere et manifestissimos errores defendunt. *Darumb ist nicht wunder, dass mir der sathan gram ist*, quia ipse non [*fol. 628b*] deserit suam Ecclesiam, sed firmiter pro ea pugnat, mordet calcaneum piorum, sed Christus illius caput conterit. Ille debet dominari in medio inimicorum suorum, utcunque papistis, Anabaptistis furentibus. Oremus igitur. Non enim parua res agitur, sed irritatus est sathan. Si bellum in Germania ortum fuerit, quod Deus auertat, sequetur uastitas. [30])

Duo praecipua [31]) capita in papatu, *) scilicet satisfactio propria et impletio legis, quae inter se mutuo pugnant [32]) et Christi merito [33]) aduersantur. Nam si conscientia audit, Lex est implenda. Tu non fecisti. [34]) Ergo satis fac. Ibi perpetua est carnificina. Sed pie fecit ille monachus in agone, [35]) qui tandem perrupit omnes traditiones apprehensa Crucifixi imagine his uerbis: Quid opera [36]) et merita mea et totius mundi? Illius meritum osculor et confido illi. Papistae [37]) cum malam habent [38]) causam, uitiosissimis argumentis eam defendere conantur, quae nullam habent consequentiam. Ideo illorum argumenta facile refutari possunt. [39]) Quale illud est: [40]) Omnis laudatio est inuocatio. Sancti sunt laudandi. Ergo sunt inuocandi. Respondeo: Nego consequentiam, quia non omnis laudatio est inuocatio. [41]) Item. Omnis actus concupiscentiae est illicitus. Actus coniugij est actus concupiscentiae. Sed ille actus sexus ad sexum est ordinatio

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ, III. p. 232 sqq. cap. 27. §. 106 — 109.

29) indiuiduo] Cod. *male:* indifiduo
30) uastitas.] Cod. *male:* fastitas.
31) Duo praecipua] Reb.: Duo igitur praecipua — *Prior huius sectionis pars ab his verbis ordiens, et terminata verbis:* „quod est figmentum", *quae in* Cod. fol. 628b lin. 8. — fol. 629a lin. 4 med. *exstat, ap.* Reb. II. fol. 85b lin. 18. — fol. 86a lin. 13 med. *reperitur.*
32) quae inter se m. pugnant] Reb.: mutuo inter se pugnant,
33) merito] Reb.: meritis
34) fecisti.] Reb.: impleuisti,
35) Sed pie — in agone,] Reb.: Pie igitur Monachus ille in agone fecit,
36) opera] Reb.: Papa
37) et confido illi. Papistae] Reb.: illi confido, Papistae autem
38) habent] Reb.: habeant
39) quae nullam — refutari possunt.] Reb.: sine omni consequentia, facile igitur illorum argumenta confutari possunt,
40) illud est:] Reb.: est illud.
41) Sancti sunt laudandi — inuocatio.] *haec a* Reb. *h. l. absunt.*

Digitized by Google

diuina, etsi per accidens est impura propter peccatum originis, attamen per se est licita et pura. [42]) Item doctrina [*fol. 629ᵃ*] de remissione peccatorum est necessaria. Indulgentiae sunt remissio peccatorum. Ergo indulgentiae sunt necessariae. [43]) Respondeo: Illae indulgentiae non sunt remissio peccatorum, [44]) sed satisfactio pro remissione poenarum, quod est figmentum. Diligenter uigilandum est praedicatoribus [45]) contra papistas fraudulentos, [46]) neutrales et flexiloquos, qui didicerunt nostram linguam aliquousque loqui, et sua mendacia, superstitiones tegere et negare, nec [47]) unquam errasse uideri. Et nisi eos proprijs libris [48]) et uiuentibus testibus [49]), conuincere possemus, [50]) tunc se ipsos iustificarent. Quis potest omnes errores crassissimos recitare? Scotus scribit: Homo [51]) ex naturalibus suis uiribus, [52]) ex libero arbitrio potest [53]) satisfacere Deo, quoad substantiam facti, sine gratia spiritus sancti, ex merito congrui. Tunc Deus [53]) infallibiliter dat gratiam et charitatem, postea sequitur meritum condigni. Addit quoque: diligi potest minus bonum. Ergo multo magis Deus. Sophistae Parisienses contra nos [54]) scripserunt in locum Matth. 5. [55]) Si illa duodecim consilia [56]) deberent esse praecepta, tunc esset scandalosa et nimium oneratiua. Item. Optime hodie dicunt Christiano dubitandum esse non quoad promissionem Dei, sed quoad nos. Nunc incipiunt sese excusare [57]) nihil inter nos esse de doctrina controuersiae, [58]) sed tantum λογομα-

42) est illicitus. Actus — — licita et pura.] Reb.: Ergo est illicitus, etc.
43) remissio peccatorum. Ergo — necessariae.] Reb.: remissionum peccatorum doctrina. Ergo, etc.
44) remissio peccatorum,] Reb.: doctrina remissionum peccatorum,
45) Diligenter uigilandum est praedicatoribus] Reb.: Diligenter igitur vigilandum est pijs praedicatoribus — *Altera huius sectionis pars ab his verbis incipiens et terminata verbis: „so sindt auch die wordt", quae in* Cod. fol. 629ᵃ lin. 4 extr. — fol. 629ᵇ lin. 9. *exhibetur, ap.* Reb. II. fol. 86ᵇ lin. 6 med. — fol. 87ᵃ lin. 13 med. *legitur.*
46) papistas fraudulentos] Reb.: fraudulentos papistas
47) qui didicerunt — — negare, nec] Reb.: qui nostram didicerunt et aliquo vsu loqui possunt, vt sua mendacia et superstitiones negare et tegere possint, neque
48) proprijs libris] Reb.: proprijs ipsorum libris
49) testibus] *sic reste* Reb.; Cod.: testis
50) possemus,] Reb.: possimus,
51) Homo . . . potest] Reb.: hominem . . . posse
52) uiribus,] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
53) Deus] *ap.* Reb. *deest.*
54) nos] Reb.: me
55) Matth. 5.] Reb.: Matth. 5. dicentes.
56) consilia] Reb. *male*: concilia
57) excusare] Reb.: expurgare,
58) de doctrina controuersiae,] Reb.: controuersiae, de doctrina,

Digitized by Google

χίας [58]) periculosas esse, non res [60]) contrarias. Illis dicendum: Cur tot tantosque uiros hoc seculo occiderunt et expulerunt propter λογομαχίαν? [61]) Vae illis, [fol. 629b] qui traditi sunt in reprobum sensum, nec uolunt nunc argui a pijs praedicatoribus. Fuerunt insulsissimi papistae et impij. Qualis fuit ille pastor, qui coram Episcopo sup fuit accusatus de forma baptizandi, cumque uocatus esset, *gab ihm der bischoff ein tochen tau teuffen*, ut audiret eius uerba. Ille coepit: [62]) Ego te paptiste in nomine Christe. Episcopus illius arguens inscitiam. [63]) Respondit ille proijciens papam: *wie das kindt vnnd die tauffe ist, so sindt auch die wordt.* [64])

Superioribus temporibus*) infoelicissima fuerunt studia, ubi neglecta Theologia omnibusque artibus ingenuis [65]) optima ingenia argutijs sophisticis [66]) uexabantur. Aristotelem ita in pretio habebant, ut Colonniae eum, qui Aristotelem negaret, [67]) pro summo haeretico damnarent; [68]) cum tamen Aristotelem non intelligerent, qui quidem recte scripsit de rebus, sine quibus nemo uerba et φράσιν [69]) Aristotelis intelligere potest. Ideo sophistae eum magis obscurarunt, qualis fuit ille monachus, [70]) qui in passione duas horas consumpsit, Vtrum quantitas realiter sit distincta a substantia, adferens exemplum. [71]) Caput meum posset hoc foramen penetrare, sed capitis magnitudo non. [72]) Ita ineptissime caput a magnitudine separauit. Grammaticus potuisset simpliciter soluere ita: [73]) Magnitudo capitis, id est, magnum

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 64 sq. cap. 1. §. 67.

59) λογομαχίας] *sic recte* Reb.; Cod.: λογομαχίαν

60) res] *a* Reb. *absit.*

61) λογομαχίαν?] Reb.: inanem λογομαχίαν.

62) *gab ihm der bischoff* — ille coepit:] Reb.: Episcopus dabat ei puerum lotum, vt baptizaret illum, vt eius verba audiret, ibi incepit.

63) illius arguens inscitiam.] Reb.: inscientiam illius arguens.

64) proijciens papam — *die wordt.*] Reb.: papam reijciens, qualis est puer, talis esset baptismus, et sic sonant verba.

65) Superioribus temporibus — — artibus ingenuis] Reb.: Infoelicissima fuerunt studia superioribus temporibus, vbi Theologia et ingenuis artibus neglectis — *Sectio sic ordiens, quae in* Cod. fol. 629b lin. 10. — 630a lin. 6. *exhibetur, reperitur ap.* Reb. II. fol. 88a lin. 18.—fol. 88b lin. 13 med. *praefixa inscriptione*: Inscitia Papistarum (*quae in* Cod. *inferius* fol. 630b lin. 10. *legitur.*)

66) argutijs sophisticis] Reb.: Sophisticis argutijs

67) negaret,] *sic recte* Reb.; Cod.: negarent,

68) damnarent.] *sic* Reb.; Cod.: damnaret.

69) φράσιν] Cod. φράσην

70) ille monachus,] Reb.: Monachus ille,

71) adferens exemplum.] Reb.: exemplum adferens.

72) non.] Reb.: nequaquam.

73) Grammaticus — soluere ita:] Reb.: Germanicus simpliciter solueret,

Digitized by Google

caput. Illis ineptijs optima ingenia fuerunt onerata neque artibus neque [*fol. 630ª*] Theologiae dederunt operam. [74]) Ita Antipho, Cusa, Carolus Bouillus [75]) mirabiliter se torserunt, quomodo rotundum in quadraturam possent mutare [76]) et rectam curuamque lineam concordare. Iam habemus foelicissima tempora. [77]) Vtinam iuuentus [78]) his artibus incumberet, quae iam florent. [79])

Anno 39. 12 Ianuarij *) D. Martinus cum suspirijs deplorauit coecitatem papistarum, qui semper regni sui restitutionem sperarent secundum prouerbium: Fluctuat nauicula Petri, sed non mergitur. [80])

Mira inuentio papistarum, **) *dass sie alle platten vnnd Creutze getragen*, cum tamen sit contrarium in Mose, *vielleicht hat sie vnnser herrgott mit diesem tzeichen wollen antzeigen*, ut essent cauendi.

Ego cum essem monachus, ***) eram impeditus multis negotijs, [81]) legendo, scribendo, cantando, ut non possem propter negotia orare horas canonicas. [82]) Quare cum preces 6 dies [83]) intermisissem, mansi sabato incoenatus et impransus, et oraui, [84]) septies legi horas canonicas illa die a 2. hora matutina usque ad quartam [85]) uespertinam. Philippus Melanthon: quidam amicus dixit ad me: [86]) si peccatum

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 234 sq. cap. 27. §. 110.
**) *Conf.* ibid. III. p. 235. cap. 27. §. 111.
***) *Conf.* ibid. II. p. 244. cap. 15. §. 24. sect. 1.

74) dederunt operam.] Reb.: operam dederunt.
75) Cusa (Reb.: Chusa), Carolus Bouillus] *sic* Reb.; Cod.: Chrisa, Carolus, Borullus
76) in quadraturam possent mutare] Reb.: in quadratum mutari posset,
77) Iam habemus f. tempora.] Reb.: Iam Dei gratia foelicissima habemus tempora,
78) iuuentus] Cod. *calami err.*: inuentus
79) incumberet, quae iam florent.] Reb.: quae iam florent fideliter incumberet.
80) Anno 39. — — non mergitur.] *haec sectio ac subsequens, quae in* Cod. fol. 630ª lin. 7 — 10. *et* lin. 11 — 14. *leguntur, a* Reb. *h. l. absunt.*
81) Ego cum essem — negotijs,] Reb.: Monachorum preces conscientiarum erant carnificina. Ego cum essem Monachus multis negotijs impeditus, — *Haec sectio in* Cod. fol. 630ª lin. 15 — 25., *ap.* Reb. II. fol. 87ᵇ lin. 21. — fol. 88ª lin. 5., *atque subsequens in* Cod. fol. 630ᵇ lin. 1 — 9., *ap.* Reb. II. fol. 88ª lin. 6 — 16. *leguntur.*
82) ut non possem — canonicas.] Reb.: ita vt propter negotia horas canonicas orare non possem.
83) cum preces 6 dies] Reb.: si preces per sex dies
84) mansi sabato — oraui,] Reb.: Sabbatho impransus et incoenatus per totam diem
85) ad quartam] Reb.: ad horam quartam
86) Phil. Mel.: quidam amicus dixit ad me:] Reb.: Phil. Mel. dixit. Amicus quidam mihi retulit,

Digitized by Google

est omittere horas canonicas, iam peccasti et non potes [87]) corrigere stulta tua iteratione, sed tamen non curaui uerbum, *so waren wir arme leute geplaget* cum decretis pontificum. *dauon wissen die Jungen leute nicht.* [88])

[*fol. 630*^{b}] Bononiae erant studiosi, *) illi petebant a pontifice, [89]) ut cum illis dispensaret de [90]) horis canonicis, sed papa [91]) rescripsit: Surge mane et ora citius. Et cum Seuerinus Episcopus Cancellarius Caesaris, [92]) ni fallor, id fecisset, apparuit ei Diabolus et dixit: [93]) Tu non iusta hora oras. *so kuntte vnns der Teuffel vexiren.* Nos etiam habuimus fratrem, qui propter studia neglexit horas, [94]) sed non poterat indulgentiam assequi, quare conduxit unum per totum annum, cum quo quotidie bis legeret horas canonicas. [95])

INSCITIA PAPISTARVM. [96]) **)

Plurimi papistarum [97]) praesertim in Monasterijs fuerunt indoctissimi, [98]) sicut quidam [99]) cecinit elama pro clama, et obiurgatus, ut clama oneret, altiori uoce repetiuit elama *bis*.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 245. cap. 15. §. 24. sect. 2.

**) Reb. II, fol. 88^{a} lin. 17. — fol. 89^{a} lin. 22. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 235. cap. 27. §. 112.

87) potes] *sic recte* Reb.; Cod.: potest

88) sed tamen — *J. leute nicht.*] Reb.: sed illud verbum tunc non curaui, nos miseri homines, cum Decretis Pontificum male vexabamur, de quibus decretis homines iuniores modo nihil sciunt.

89) illi petebant a pontifice,] Reb.: qui a pontifice petebant,

90) de] *sic* Reb.; Cod.: cum

91) sed papa] Reb.: Papa vero

92) Canc. Caesaris] Reb.: Caesaris cancellarius

93) apparuit ei D. et dixit:] Reb.: Diabolus ei apparuit dicens.

94) *so kuntte vnns* — neglexit horas,] Reb.: sic nos per Diabolum vexari potuimus. Habuimus nobiscum fratrem qui horas Canonicas propter studia neglexerat,

95) conduxit unum per t. a., cum quo quotidie (Cod.: quitidie) bis l. h. can.] Reb.: alium conduxit fratrem, qui per totum annum quotidie horas canonicas bis legeret.

96) Insciția Papistarum.] *haec inscriptio, quae in* Cod. fol. 630^{b} lin. 10. *exstat, a* Reb. II. fol. 88^{a} lin. 17. *praefixa est sectioni, quae orditur a verbis:* „Infoelicissima fuerunt studia“ (*vide supra* p. 278. notam 65.).

97) Plurimi papistarum] Reb.: Nam plurimi Papistarum — *Haec sectio et duae subsequentes, quae in* Cod. fol. 630^{b} lin. 11 — 17., lin. 18—26. *et* fol. 631^{a} lin. 1—18. *exstant, ap.* Reb. II. fol. 88^{b} lin. 13 med.—21., fol. 88^{b} lin. 22. — fol. 89^{a} lin. 2 med. *et* fol. 89^{a} lin. 2 med. — 22. *leguntur.*

98) fuerunt indoctissimi,] Reb.: indoctissimi fuerunt,

99) quidam] Reb.: quidam frater

Digitized by Google

so lang. Ich kan nimmer schreien. [100]) Alius legit eliceie pro dicere. Item. Casperlen [1]) indoctissimus collegiatus Lipsensis in doctoratu dixit in gratiarum actione: Inolti senati, [2]) et factus est Canonicus Misnensis.

Bambergae *) legerunt Canonici annuatim libellum, quem dixerunt continere *die Ehestifftung tzwischen K. Henrich vnnd Kunigunde.* [3]) Inspecto illo [4]) ab erudito fuerunt Topica [5]) Ciceronis. Ita in monasterio [6]) omnes patres legerunt Mumpsimus, pro sumpsimus. [7]) Iunior frater ex Grammatica aliquando reprehendens, dixerunt reliqui: *du Junger lecker wiltu vns straffen?* [8]) *wir haben also lange* Mumpsimus *gelesen. Es sol vnd muss* mumpsimus *heissen vnd bleiben.* [9])

[*fol. 631*[a]] BVLLA appellationem habet a βούλη, quia bulla est executio uoluntatis et consilij, neque arbitror illam scientiam Romae esse in suis proprijs terminis. Roma quidem habet [10]) doctos homines, [11]) sed in sacra scriptura est magna asinitas, sicut ille locum Marci ultimo exponit: Signa eos qui crediderint, [12]) id est, *tzeiche mir an die do gleuben.* [13]) ubi nomen pro uerbo posuerunt. [14]) Respondit D. Ionas: Optima tempora posteritatis speranda. Respondit D. M. Lutherus: *Ich habe sorge, das beste ist nu gescheen.* sed nunc [15]) sequentur sectae, *sie haben die sache verloren.* [16]) sola potentia pugnant. Apud eos est potentia coniuncta cum stultitia, [17])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 235 sq. cap. 27, §. 113.

100) *bis so lang — schreien.*] Reb.: donec voce altiori clamare non poterat.
1) Item Casperlen] *sic* Cod.; Reb.: Ita Capperlein
2) in doctoratu. — senati,] Reb.: in suo doctoratu gratias egit inclyti Senato,
3) *die Ehestifftung — Kunigunde.*] Reb.: foedus matrimoniale inter Henricum Caesarem et N.
4) Inspecto illo] Reb.: In specte (*prp:* Inspecto) isto libro
5) Topica] Reb. *typ. err.*: Tapica
6) in monasterio] Reb.: in monasterio Italico multis annis
7) sumpsimus] Reb. *typ. err.*: sumpsibus
8) *straffen?*] Cod. *calami err.*: *schraffen*
9) aliquando reprehendens — — *h. vnd bleiben.*] Reb.: aliquatenus doctior, reprehendit errorem, cui responderunt patres, tu peruerse nebulo, cur nos corripere conaris, nos hucusque Mumpsimus legimus, dicitur mumpsimus et manebit mumpsimus.
10) Roma quidem habet] Reb.: Habet quidem Roma
11) homines] Reb. *male*: omnes
12) crediderint,] Reb.: crediderint etc.
13) *tzeiche — gleuben.*] Reb.: ostende mihi eos qui crediderint,
14) posuerunt.] Reb.: exposuerint.
15) tempora posteritatis — — sed nunc] Reb.: tempora speranda sunt posteritati, dixit M. L. ego timeo optimum praeterijsse tempus, nunc
16) sectae (Cod. *male*: saecte). *sie — verloren.*] Reb.: sectae et contentiones et mutua dissidia. Papistae causam perdiderunt
17) cum stultitia,] Reb.: stultitiae,

Digitized by Google

apud nos sapientia cum infirmitate. *Es wirdt aber ihr ding an ihm selber fallen. wo wollen sie die lenge mönche vnnd pfaffen nemen.* [18]) Multi sunt hic studiosi, sed non credo unum esse, [19]) qui uelit se *vngi, vnnd das maul auffhalten vnd ihm den babst seinen dreck hinein scheissen lassen. Es wolt es sonst* Mathesius *vnd* Magister Plato *thun.* [20])

Nota. *Ut lector facilius intelligat, quantum in hoc etiam capite sectionum ordo* Rebenstockianae Editionis a Codicis *ordine differat, hunc utriusque conspectum addo:*

Reb. II. fol. 76b lin. 14. — fol. 78a lin. 5 med. = Cod. fol. 616b lin. 10. — fol. 617b lin. 19.
— — fol. 78a lin. 5 med. — 10 med. = Cod. fol. 619a lin. 13 — 16.
— — fol. 78a lin. 10 med. — 14. = Cod. fol. 617b lin. 20 — 23.
— — fol. 78a lin. 15. — fol. 78b lin. 14 med. = Cod. fol. 618a lin. 8. — fol. 618b lin. 8.
— — fol. 78b lin. 14 med. — 18. = Cod. fol. 618b lin. 16 med. — 19.
— — fol. 78b lin. 19. — fol. 79a lin. 3. = Cod. fol. 617b lin. 24. — fol. 618a lin. 7.
— — fol. 79a lin. 4 — 22. = Cod. fol. 618b lin. 25. — fol 619a lin. 12.
— — fol. 79a lin. 23. — fol. 79b lin. 5 med. = Cod. fol. 619a lin. 17 — 27 (ult.).
— — fol. 79b lin. 5 med. — 22. = Cod. fol. 619b lin. 24. — fol. 620a lin. 12 med.
— — fol. 79b lin. 23. — fol. 80a lin. 27. = Cod. fol. 620a lin. 20. — fol. 620b lin. 21.
— — fol. 80a lin. 28. — fol. 80b lin. 20. = Cod. fol. 619b lin. 1 — 23.
— — fol. 80b lin. 21 — 29. = Cod. fol. 620a lin. 12 med. — 19.
— — fol. 80b lin. 30. — fol. 81a lin. 15. = Cod. fol. 620b lin. 22. — fol. 621a lin. 9.
— — fol. 81a lin. 16. 17. (*inscriptio*) = Cod. fol. 621a lin. 10. 11. (*inscriptio*)
— — fol. 81a lin. 18. — fol. 82a lin. 9. = Cod. fol. 622b lin. 12. — fol. 623a lin. 27 (ult.).
— — fol. 82a lin. 10. — fol. 82b lin. 6. = Cod. fol. 622a lin. 2 — 22.
— — fol. 82b lin. 7 — 27. = Cod. fol. 623b lin. 1 — 18.
— — fol. 82b lin. 28. 29. (*inscriptio*) = Cod. fol. 623b lin. 19. 20. (*inscriptio*)
— — fol. 83a lin. 1. — fol. 83b lin. 10 init. = Cod. fol. 624a lin. 5. — fol. 624b lin. 15.
— — fol. 83b lin. 10 med. — 16. = Cod. fol. 623b lin. 21 — 25.
— — fol. 83b lin. 17 — 19. = Cod. fol. 624b lin. 16 — 19.
— — fol. 83b lin. 20 — 25 med. = Cod. fol. 623b lin. 26. — fol. 624a lin. 4.
— — fol. 83b lin. 25 med. — fol. 84a lin. 25 med. = Cod. fol. 626a lin. 1 — 25.
— — fol. 84a lin. 25 med. — fol. 84b lin. 14 med. = Cod. fol. 625a lin. 5 — 20.
— — fol. 84b lin. 14 med. — fol. 85a lin. 19 med. = Cod. fol. 625a lin. 25 extr. — fol. 625b lin. 26. (ult.).

---

18) *Es wirdt aber — pfaffen nemen.*] Reb.: Religio illorum a se ipsa corruet, vbi enim in posterum sacrificulos et Monachos sumere volunt,

19) sunt hic studiosi — unum esse,] Reb.: hic studiosi sunt, sed non vnum esse,

20) *vnnd das maul — — Plato thun.*] Reb.: et papam, sibi os apertum defoedari.

Digitized by Google

Reb. II. fol. 85a lin. 19 med. — fol. 85b lin. 17. = Cod. fol. 626a lin. 26. — fol. 626b lin. 21.
— — fol. 85b lin. 18. — fol. 86a lin. 13 med. = Cod. fol. 628b lin. 8. — fol. 629a lin. 4 med.
— — fol. 86a lin. 13 med. — fol. 86b lin. 6 med. = Cod. fol. 627a lin. 16 extr. — fol. 627b lin. 10.
— — fol. 86b lin. 6 med. — fol. 87a lin. 13 med. = Cod. fol. 629a lin. 4 extr. — fol. 629b lin. 9.
— — fol. 87a lin. 13 med. — fol. 87b lin. 4. = Cod. fol. 626b lin. 22. — fol. 627a lin. 16 med.
— — fol. 87b lin. 5 — 20. = Cod. fol. 627b lin. 11 — 23.
— — fol. 87b lin. 21. — fol. 88a lin. 16. = Cod. fol. 630a lin. 15. — fol. 630b lin. 9.
— — fol. 88a lin. 17. (*inscriptio*) = Cod. fol. 630b lin. 10. (*inscriptio*)
— — fol. 88a lin. 18. — fol. 88b lin. 13 med. = Cod. fol. 629b lin. 10. — fol. 630a lin. 6.
— — fol. 88b lin. 13 med. — fol. 89a lin. 22. = Cod. fol. 630b lin. 11. — fol. 631a lin. 18.

DECRETALE ET DECRETVM. [21])*)

Decreta [22]) nihil ualent et [23]) autor illorum est asinus. Tres enim habent [24]) partes: distinctiones, causas et consecrationes. Neque autor definiuit, quid esset ius, quid lex, [25]) quid consuetudo. Exordium decretorum describit ultam Episcopi ad Titum, Episcopum debere esse irreprehensibilem, quomodo debeat esse moratus sine contentione, [*fol. 631b*] luxu, *sol nicht vber 6 hunde haben.* Vnum et alterum scortum [26]) permittit. Deinde loquitur de digamia, scilicet si quis ducens uirginem et eam non inuenit [27]) uirginem, non habet [28]) spem futuri sacerdotij. Ideo erat periculosum ducere uxorem spe futuri sacerdotij. [29]) Deinde est quaestio

*) Reb. II, fol. 89a lin. 23. — fol. 91a lin. 27. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 315 sqq. cap. 32.

21) Decretale et Decretum.] Reb.: Decretum et Decretale Papae. — *Haec inscriptio et subsequens prima huius capitis sectio, quae in* Cod. fol. 631a lin. 19. — fol. 631b lin. 10. *leguntur, ap.* Reb. II. fol. 89a lin. 23. — fol. 89b lin. 13. *reperiuntur.*
22) Decreta] Reb.: Decreta Papae
23) et] Reb.: nam
24) habent] *sic* Reb.; Cod.: habet
25) quid lex,] Reb.: quid esset Lex,
26) quomodo debeat esse — scortum] Reb.: bene moratum, alienum a vitijs, vltra sex canes alere non debet, vnam aut alteram concubinam
27) inuenit] Reb.: inuenerit
28) habet] Reb.: habuit
29) Ideo erat — sacerdotij.] a Reb. *absunt.*

Digitized by Google

de templis, *weihen, lichten.* Decretalia autem [30]) regunt mundum, continent enim forensia. Papa [31]) in decretalibus nihil docet de Ecclesia, sed de rebus politicis. Papa [31]) cum suo iure *ist eittel bettelwergk*, emendicauit [32]) ex iure ciuili etc. [33])

Decretum *) non est approbatum a papa et tamen papa uere [34]) illud sequitur. Gratianus decreti compilator uidens praesentem statum papae, omnia in illius arbitrium conclusit. Habet optima argumenta, optimas [35]) conclusiones, sed tandem concludit: Sed [36]) hoc est contra concilium, Ergo [37]) papae obediendum. Similiter facit Thomas, [38]) qui cum optimos scripturae locos tractauit, [39]) tandem concludit cum sententia Aristotelis. Gratianus in Canone de consecratione *macht es ser bachantisch. Es sein auch* fratres ignorantiae *da gewest.* Ego uellem a multis legi decretum, ut uideretis malitiosam impietatem. [40]) Initio aliquot sani [41]) Canones praecedunt, postea sequuntur impijssimi; [42]) *Es sein zwei* CVNCTA *drinnen. da hat sich der babst wol lassen mercken. Also gehets.* [43]) Vbi Christus non adest et se abscondit, tunc omnia sunt tenebrae. [44]) Ego legi Diuum supra Decretum, ille [45]) me confirmauit, ut contra papatum [*fol. 632a*] scriberem. Quilibet Theologus deberet legere decretum papae, [46]) sed

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 316 sq. cap. 32. §. 2.

30) est quaestio — Decretalia autem] Reb.: sunt quaestiones de templis, lucernis, consecrationibus, etc. Decretales

31) Papa] Reb. *utroque loco*: Nam Papa

32) iure *ist eittel b.*, emendicauit] Reb.: iure, et decretis mera *est* mendicitas, quia emendicauit

33) etc.] *a* Reb. *abest.*

34) D. non est approbatum a papa et tamen papa uere] Reb.: D. non est abrogatum a Papa, et tamen Papa non vere — *Sectio sic ordiens, quae in* Cod. fol. 631b lin. 11. — fol. 632a lin. 7. *exstat, ap.* Reb. II. fol. 89b lin. 14. — fol. 90a lin. 11. *legitur.*

35) optimas] Reb.: et optimas

36) Sed] Reb.: quia

37) Ergo] Reb.: ideo

38) Similiter f. Thomas,] Reb.: Idem facit Thomas Aquinas,

39) tractauit,] Reb.: tractauerit,

40) *macht es ser b.* — — impietatem.] Reb.: admodum rudis est. Ideo optarem decretum a multis legi, quo impietatem malitiosam perspicerent.

41) sani] Reb.: synceri

42) sequuntur impijssimi (Cod.: impijssima)] Reb.: impijssimi sequuntur,

43) *Es sein tzwei — Also gehets.*] Reb.: duo in libro Decretorum sunt Canones, in quibus Papa suam aperuit insciliam et malitiam, verum aliter non fit

44) et se abscondit — tenebrae.] Reb.: et gratia est abscondita, tunc nihil nisi tenebrae.

45) Diuum (Cod.: Dinum) supra Decretum. ille] Reb.: Diuum super Decreta, qui

46) Quilibet Theologus — papae,] Reb.: Optarem omnes Theologos Decreta Papae legere,

Digitized by Google

cum iudicio, iuxta regulam Pauli: Omnia probate, [47]) quod bonum est tenete. Papa uoluit decretale haberi aequale Euangelistarum [48]) et Apostolorum scriptis. Omnium Canonum et distinctionum status [49]) est: Papa uult esse Dominus rerum et Ecclesiarum, [50]) Dominus Dominantium. *pfu dich wol an.* [51])

Ad M. Holstein *) nouum iuristam [52]) dicebat: *die* Decretalia *haben viel hesslicher vnnd Teufflischer* Canones *in sich, wann ihr sie lesen werdet, so gedenckt daran.* [53]) Est enim fatale Ecclesiae malum. Impudenter enim dicit: Si quis omnes quatuor Euangelistas [54]) crederet, et mea [55]) decreta fastidiret, esse maledictum [56]) et frustra in Christum credere. Item in alio [57]) Canone dicit: Si papa infinitas animas mancipio duceret ad gehennam, tum [58]) non esse quaerendum: cur hoc [59]) facis? Nonne haec est extrema pestis Ecclesiae? *Ich sol dem babst folgen, wan er mich gleich in die helle füret,* [60]) cum eius officium sit conscientias per Christum consolari ac ducere. *Pfu dich wollan. sol man also* conscientias *lehren* in dubio? [61]) Item, saepe [62]) inuenietis in Decretali optimis scripturae locis argumentum aliquod probari. *Wan er nu alle schrifft gefüret hat,* [63]) tunc arguit contra dicens: Ecclesia

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 317. cap. 32. §. 3.

47) probate,] Cod.: probatae,

48) quod bonum est — Euangelistarum] Reb.: Sed Euangelio quod bonum est simpliciter credendum. At Papa decretale vult Euangelio aequare,

49) status] Reb.: hic status

50) rerum et Ecclesiarum,] Reb.: omnium rerum Ecclesiarum, Petriarum,

51) *pfu dich wol an.*] *a* Reb. *abeunt.*

52) Ad M. Holstein nouum iuristam] Reb.: M. L. ad M. Iohannem Heustein commensalem suum, qui se iuridicae facultati applicauit, — *Haec sectio terminatis verbis: „der tzeit wol brauchen", quae in* Cod. fol. 682a lin. 8. — fol. 632b lin. 4. *exstat, ap.* Reb. *non eodem ordine, sed in huius capitis fine,* ff. fol. 91a lin. 1 med. — 27. *invenitur.*

53) *die* Decretalia *haben* — — *gedenckt daran.*] Reb.: Decretalia Papae multos horribiles et Diabolicos in se continent Canones, moneo te, vt illorum memineris, si forsan illos legeris.

54) omnes qu. Euangelistas] *sic* Cod.; Reb.: omnibus quatuor Euangelistis

55) mea] Reb.: Papae

56) esse maledictum] Reb.: maledictum esse,

57) Item in alio] Reb.: Sic in alio (*conf. supra* p. 275. nota 27.)

58) tum] Reb.: tamen

59) hoc] *a* Reb. *abest.*

60) *Ich sol* — *füret,*] Reb.: Ego Papae obedire debeo, etsi ducaret me ad infernum,

61) ac ducere. *Pfu dich* — in dubio?] Reb.: et ad vitam aeternam ducere. Phui, sic ne conscientias consolari conaris?

62) saepe] Reb.: saepius

63) *Wan er* — *gefüret hat,*] Reb.: cum autem omnes scripturae locos citauerat,

Digitized by Google

Romana aliter determinauit. Et [64]) audet impudenter scripturam hominibus [65]) subijcere. Sic facit Thomas Aquinas, qui in suis libris disputat pro et contra, post scripturae locum addit: Aristoteles 6. Ethicorum [*fol.* 632b] aliter sentit. Ibi scriptura cogitur cedere Aristoteli. [66]) Has tenebras mundus non uult agnoscere, sed contempta ueritate [67]) in palpabiles errores incidere studet. *Darumb last vns der dreck vol brauchen.* [68])

In decretalibus *) papa dominatur ut victor, ubi est in possessione, nos diuina authoritate iudicandi. In decreto tantum pugnat, in decretali uero triumphat. [69]) Credo plus mendacij scriptum esse: Papa a nemine [70]) debet iudicari, et habent [71]) familiarem probationem, quia unus pontifex alium inducit. Et ita idem probat se ipsum. Gratianus initio optime incipit a loco [72]) ad Titum primo de officio Episcopi et quasi in locos communes digessit, sed tandem nihil concludit nisi de praebendis. His omnes iuristae docuerunt praeter [73]) unicum Petrum Ferrariensem.

Ius Canonicum [74]) secundum iudicium omnium Iuristarum [75]) est spurcissimus liber, **) *das nach gelde stincket.* [76]) Tolle ambitionem et auaritiam, tum [77]) nihil substantiae manebit et tamen egregium habet fucum. *Dann es muss sich* in nomine Domini *alles vnglück anheben,* [78]) sicut in solo nomine

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 318, cap. 32. §. 4.

**) *Conf.* ibid. III. p. 318 sq. cap. 32. §. 5. 6.

64) *Et*] Reb.: Ita

65) hominibus] Reb.: hominibus mortalibus

66) Sic facit — — Aristoteli.] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*

67) contempta (Cod.: contempa) ueritate] Reb.: veritate contempta

68) studet. *Darumb — brauchen.*] Reb.: student. Ideo temporibus his nobilibus frui volumus.

69) In decretalibus papa — — triumphat.] *Hoc huius sectionis principium, quod in* Cod. fol. 632b lin. 5 — 7. *legitur,* ex Reb. *abest, reliqua eius pars* (Cod. fol. 632b lin. 8 — 15.) *ap.* Reb. II. fol. 90a lin. 11 extr. — 20 med. *reperitur.*

70) nemine] Reb. *typ. err.*: nomine

71) habent] *sic* Cod.; Reb.: habet

72) incipit a loco] Reb.: orditur in loco

73) His o. i. docuerunt praeter] Reb.: Hic omnes Iuristae tacuerunt, propter

74) Ius canonicum] *haec sectio et duae subsequentes, quae in* Cod. fol. 632b lin. 16. — fol. 633a lin. 2., lin. 3 — 14. *et* lin. 15 — 23. *leguntur, ap.* Reb. II. fol. 90a lin. 20 med. — fol. 90b lin. 7., fol. 90b lin. 8 — 21. et fol. 90b lin. 22. — fol. 91a lin. 1 med. *reperiuntur.*

75) iudicium omnium Iuristarum] Reb.: omnium Iuristarum iudicium

76) *das n. g. stincket.*] Reb.: qui tantummodo quaerit nummos,

77) tum] Reb.: tunc

78) *Dann es muss — anheben,*] Reb.: quae cum infortunium inopi quaerit in nomine Domini,

Digitized by Google

Dei [78]) iustitia et salus est. Ita etiam illius nominis praetextu oritur omnis idolatria et superstitio. Ideo optime [80]) primum praeceptum secundum sequitur: [81]) Non assumes nomen Domini Dei tui uanum [82]) etc. Decretalibus corpora et conscientiae inficiebantur. Ideo aptissime comparantur [83]) huic imagini: Caput est uirgo, initium [84]) plausibile. Corpus est Leo, ui perrumpit. [85]) [*fol. 633*[a]] Cauda serpens, id est [86]) dolus et fallacia. Ita quoque [87]) procedit totus papatus sua superstitione et abominatione.

Gratianus *) Iuris consultus, hoc unicum studium habuit [88]) et causam finalem in decretali, ut posset concordare Canones, et medium inuenire inter bonos et malos Canones. *Er meinets ser gut*, [89]) sed hoc accidit ei, ut meliora reijceret et deteriora probaret, quia ingressus in impossibile [90]) de contrarijs, territus est per glossatorem, qui ponit: Hoc non est tenendum, [91]) quia est contra papam. Nam historiae testantur, quod papa semper uoluerit esse Dominus. Huic etsi multi Episcopi restiterint, tamen non praeualuerunt. *Also hat sich der* Gratianus *enterstanden* bono zelo, [92]) dicta conciliorum concordare et optimos Canones et impios purgare.

Anno 39. 24 Aprilis **) legit D. Martinus [93]) in decretali, mirabatur in tanto uolumine nihil tractari de fide. Ita etiam Ecclesiastici scriptores satis frigide eam doctrinam tractarunt. Et cum legeret in Decreto, [94]) quomodo Ludouicus Imperator nepos Caroli magni tradidisset papae autoritatem omnium re-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 319. cap. 32. §. 7.
**) *Conf.* ibid. III. p. 319 sq. cap. 32. §. 8.

78) nomine Dei] Reb.: Dei nomine
80) Ita etiam illius — — optime] Reb.: Ita econtra sub illius nominis praetextu omnis idolatria et superstitio oritur. Pulchre igitur
81) secundum sequitur:] Reb.: sequitur secundum.
82) uanum] *ap.* Reb. *deest.*
83) Decretalibus — — comparantur] Reb.: Ideo hanc figuram dederunt Decretalibus, conscientiam et corpora inficientibus, et aptissime comparantur
84) initium] Reb.: quia initium
85) perrumpit.] Reb.: perrumpens.
86) id est] Reb.: vbi
87) quoque] *a* Reb. *abest.*
88) studium (God.: studio) habuit] Reb.: habuit studium
89) *Er meinets ser gut,*] *a* Reb. *absunt.*
90) in impossibile] Reb.: in infinitum, et impossibile
91) tenendum,] Reb.: ferendum,
92) *Also hat* — zelo,] Reb.: sic Gratianus conatus est,
93) 21 Aprilis legit D. Mart.] Reb.: 21. (*pro*: 21.) Aprilis. D. M. L. legit
94) legeret in Decreto,] Reb.: in Decreto legeret,

Digitized by Google

gnorum.[95]) Respondit: *Ich halte, dass des babsts Cantzeley sey ein* Chaos mendaciorum,[96]) qui omnia priuilegia conficta in consuetudinem traxit.

EPISCOPI.*)

59) coguntur ire pedibus, — coguntur alere.] Reb.: qui pedibus ire coguntur, sed vnum equum habent, alio officio alere coguntur. ***Haec et reliqua pars huius sectionis in*** Cod. fol. 642a lin. 24 med. — fol. 642b lin. 11., ***ap.*** Reb. ***autem*** II. fol. 244b lin. 1 med. — 15 med. ***leguntur.***

60) habeant expectantias] Reb.: expectantias habeant

61) et] Reb.: Ita

62) Commensalis] Cod. ***calami crr.:*** Commensales

63) 3000 ducatis] Reb.: 300 ducatis

64) pestilentior] Reb.: perniciosior

65) Papa] Reb.: Papa vero

66) Episcopi in Italia, — — soli dominantur.] Reb.: Ideo Episcopi freli potentia et diuitijs nihil non tentare audent.

67) Anno 39. — cum Electore] Reb.: Anno 39. 15. Maij. D. M. L. cum Electore Saxoniae prandebat, — ***Prior huius sectionis pars ab his verbis ordiens, et terminata verbis:*** sicut ego nunc sum Episcopus, ***quae in*** Cod. fol. 642b lin. 12 — 20. ***legitur, ap.*** Reb. II. fol. 245a lin. 11 — 21 med. ***reperitur.***

68) in cons. fuit. Ibi consultum autoritate,] Reb.: in consilijs deliberatum est, et consultum vt Episcopi in sua authoritate retineantur,

69) piae] *a* Reb. ***abest.***

70) Speratus. Tunc — — dissuadens] Reb.: Paulus Speratus, quibus ius et authoritas tribuenda sit ordinandi ministros. P. M. dissuasit

71) fore periculosa.] Reb.: periculosa fore, ex M. L.

72) Respondit: — sum Episcopus.] Reb.: Examinentur prius per nostros et deinde ordinentur manuum impositione, sicut iam hic Witebergae fecimus vt Episcopi,

Digitized by Google

oraui [73]) pro Episcopo Moguntino, affirmatiue, categorice, positiue, *habe auch mein buch wider ihn also gestellet*, ut eum ad poenitentiam uocarem. *Ich hette aber solche wordt wol behalten.* Nunc hypothetice et desperabunde pro eo oro, qui suis optimis uerbis est pestilentissimus homo et deceptor omnium. *Er wittert alles gelt*, multos terrebit sua morte propter debita, *wirdt ihm ein testament* [*fol. 643a*] *machen* sicut Herodes. [73]) Dicebat porro de fraudulentissimo ingenio Episcopi Moguntini deceptore hominum, qui hisce diebus Abbatem Cymensem deposuit et incarcerauit, fortassis similé cum illo ut cum Schantzio tentaturus, [74]) cumque Cellarius indicaret librum Doctoris contra Episcopum omnes conclusisse etiam eos, qui prius fuerunt a partibus Episcopi, respondit: *Ich hette es den bischoff gerne vberhoben.* Ideo proprio nuntio literas satis acerbas ei scripsi, ut se reconciliaret cum familia Schantzii. Post illas literas [75]) uoluit me eligere arbitrum huius causae, ego autem nolui, tantum hoc urgebam, ut Schantzius restitueretur ex infamia. [76]) At [77]) Episcopus promisit suspensum [78]) sepeliendum, sed clanculum noctu in suo templo. Tandem ego processi meo libello, cuius finalis causa haec est: *weil sich des Schantzen niemandt wollte annemen, vnd dem gantzen geschlecht ein auffruhr sein solte, habe ich den bischoff vor aller weldt tzum mörder vnd Hans Schantzen vnschuldig betzeuget.* [79]) Si hoc D. Hieronymus Schurff [80]) fecisset, egregium opus suae uocationis praesitisset

---

73) Ego hactenus oraui — — *t. machen* sicut Herodes.] *haec, quae in* Cod. fol. 642b lin. 21. — fol. 643a lin. 1 med. *leguntur, a* Reb. *h. l. absunt.*

74) Dicebat porro — — tentaturus.] *pro his referuntur a* Reb. *haecce*: Similiter fecit cum Abbate Bennensi, quem deposuit et incarcerauit, similem tragoediam fortassis cum illo tentaturus, nisi mirabiliter liberatus fuisset. — *Reliqua huius sectionis pars, quae ab illis verbis incipit et verbis*: „mihi dedit materiae contra ipsum" *finitur, in* Cod. fol. 643a lin. 1 med. — fol. 643b lin. 5. *et ap.* Reb. fol. 246a lin. 13. — fol. 246b lin. 20. *legitur.*

75) Cumque Cellarius indicaret — — Post illas literas] Reb.: Quapropter librum contra ipsum scribere coactus sum, aegre contra Episcopum calamum direxi, cui proprio nuncio satis acerbas literas scripsi, quo se cum familia Schantzij reconciliaret, lectis meis literis,

76) ego autem nolui, — ex infamia.] Reb.: at ego detrectaui tantum vrgens, vt H. Schantzen ex infamia restitueretur.

77) At] *a* Reb. *abest.*

78) suspensum] Reb.: pensum

79) ego processi meo l. — — *betzeuget.*] Reb.: ego meo libello contra ipsum processi, cuius status et finis est, quia neminem super H. Schurff misericordia tangi videbam, ideo coram toto mundo Episcopum latronem, H. Schantzen vero insontem esse indicaui.

80) D. Hieronymus Schurff] Reb.: lurista aliquis

Digitized by Google

in perpetuam gloriam, sed non fuit dignus tali testimonio. [81]; Non est approbandum [82]) sanguinem iusti effusum clamantem ad coelos. [83]) Summa. Episcopus Moguntinus non seruauit processum iuris. *das bricht ihm den hals*, et [84]) Iuristae scienter defenderunt malam causam. [85]) Ideo illos perstrinxi. [86]) Non mirum est, si sum odiosus omnibus secundum dictum: *mir vnnd dir ist niemandt holdt. das ist vnnser beider schuldt.* [87]) *Wer mir holdt sol sein, der muss es* ex spiritus sancti singulari gratia *thun.* [*fol. 643b*] *Was habe ich anfechtunge von des buch wegen gehabet, dass mans gerne hette verhindert*, sed sanguis clamabat. [88]) *Lasset sie darwider schreiben*, ego Deo uolente [89]) respondebo. Nam priorem Episcopi librum nondum legi. Dimidium folium satis mihi dedit materiae contra ipsum. [90])

Marchionissa in Lichtenberg [91]) mouit quaestionem, *) An de Episcopo Moguntino aliqua spes esset. *wie wan sie noch* D. Martino *diese neue* [92]) *tzeittung bringen wurden, das er sich erkennete.* Respondit D. M. Lutherus: Non credo, etsi gauderem ipsum lucrifieri, sed nulla ibi est spes poenitentiae, facilius de Pilato, Herode, Diocletiano, *die frisch gesundiget haben*, sed ille contra spiritum sanctum scienter peccat. Ipsa econtra urgebat, Deum esse omnipotentem, qui etiam Iudam poenitentem recepisset. Respondit: Imo ipsum sathanam reciperet, [93]) si posset dicere: miserere mei Deus. sed proh dolor in ipso nulla est spes, qui contra agnitam ueritatem

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 307. cap. 31. §. 2. sect. 9. 10.

81) praestitisset in perp. gl. — testimonio.] Reb.: in perpetuam gloriam praestitisset, sed tali testimonio non fuit dignus.

82) Non est approbandum] Reb.: Non enim approbare debemus

83) clamantem ad coelos.] Reb.: in coelos clamantem.

84) non seruauit pr. — *den hals*, et] Reb.: processum Iuris non seruauit, quia causam iniustam habuit, ideo virtus est. Esto

85) d. malam causam.] Reb.: d. malam causam, qui dicunt furtum esse contractationem alienae rei inuito Domino,

86) perstrinxi.] Reb.: perstrinxi, et optime stultitiam illorum aperui,

87) Non mirum est — *beider schuldt.*] *haec a* Reb. *absunt.*

88) *Wer mir holdt* — — sanguis clamabat.] Reb.: multas quoque tentationes habui causa huius libri, maxime enim librum hunc impedire et supprimere conati sunt, sed sanguis clamabat, qui mihi fauere vult veritatem profitendi, illum ex singulari Dei gratia facere oportet.

89) uolente] Cod. *calami err.*: nolente

90) *Lasset sie darwider* — — contra ipsum *haec ap.* Reb. *h. l. non leguntur.*

91) Marchionissa in Lichtenberg] *Sectio ab his verbis ordiens, quae in* Cod. fol. 643b lin. 6 — 23. *exstat, ap.* Reb. *non invenitur.*

92) *neue*] Cod.: *nauhe*

93) reciperet,] Cod. *male*: reciperit,

Digitized by Google

pugnat. Ante paucos dies 13 Christianos propter utriusque speciei communionem fame necauit miserrime, et sathanicum in Walthausen consuluit. Verum est, Deus est omnipotens, *kan mer thun denn wir gedencken, wiel aber nicht mer thun, so lasse man es faren.* Ita in libris Regum dicitur: Cur plangis Saul, quem ego abieci. Ideo ego non possum ullam spem de illo [93a]) concipere. promitto Deo omnipotenti etc.

Mira fuit astutia [94]) et Italica [95]) perfidia Episcopi Moguntini, qui creditoribus suis duplum literis et sigillis blancketi [96]) [*fol. 644a*] promisit et ne dimidium quidem reddidit. *hat also die reichen wucherer fein eingeweihet, mit seiner welschen manier,* [97]) *haben mit ihren blancketen den ablass brieuen* [98]) *nachgeahmet, die man auch tzuuor schreib,* deinde inscribebantur nomina. [99]) Respondit D. Basilius: [100]) In Italia nulla est ueritas neque in literis neque in sigillis confirmatis, omnino ibi esse Graecam fidem aiebat et prouerbium esse Permofoij, [1]) id est uiolatio literarum. Esse quidem in singulis ciuitatibus magnam copiam tabularum, [2]) *do viel verschreibens ist vnnd wenig gehalten wirdt.* [3]) Ideo Italia illam [4]) suam perfidiam cogitur luere perpetuis suis factionibus. [5]) Respondit D. Lutherus, *) tantam esse in Episcopo Moguntino astutiam, ut omnibus imponeret. Nam adeo suauissimis literis esset ab ipso lactatus, [6]) *das er ihm auch schrifftlich gerathen*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 308. cap. 31. §. 2. sect. 11.

93a) illo] *sic scripsi;* Cod.: illa

94) Mira fuit astutia] *Sectio ab his verbis incipiens, quae in* Cod. fol. 643b lin. 24. — fol. 644a lin. 20. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 246b lin. 20 med. — fol. 247a lin. 15. *reperitur.*

95) Italica] *a* Reb. *abest.*

96) blancketi] *sic* Cod.; Reb. *corrupte*: planctetis — *Vox mediae et infimae latinitatis* blanquetum *s.* blanketum *significat* chartam vacuam sed subscriptam et signatam.

97) *manier*] Cod.: *monier*

98) *blancketen den ablass brieuen*] Cod. *male*: *bancketen den ablass bieuen*

99) *hat also die reichen* — — nomina.] Reb.: more suo Italico, diuites vsurarios egregie decepit, cum illorum planctetis, indulgentiarum literas imitatus est.

100) D. Basilius:] Reb.: D. Bruck.

1) omnino ibi esse — Permofoij,] Reb.: vtuntur Graeca fide iuxta prouerbium permofoy,

2) copiam tabularum,] *sic scripsi;* Cod. copiam rabularum, Reb.: tabularum copiam,

3) *do viel verschreibens — gehalten wirdt.*] Reb.: vbi multa promittuntur, pauca autem seruantur.

4) illam] *a* Reb. *abest.*

5) cogitur luere — factionibus.] Reb.: perpetuis factionibus luere cogitur.

6) esset ab ipso lactatus (Cod.: loctatus),] Reb.: ab ipso lactatus esset,

Digitized by Google

ein weib tzu nemen. Ipse interim [7]) bonis uerbis nos decipiens irridebat *bis auff den Augspurgischen reichstag, do lernet ich ihn kennen,* [8]) attamen semper uoluit esse amicus usque ad causam Schantzianam, in qua etiam me arbitrum eligere uoluit. Summa, ipse est priuatus, non habet spiritum Heroicum, seruilis est, non habet spiritum principalem. [9])

Episcopus Saltzburgensis [10]) dixit ad Philippum:*) *lieber Philippe, wir wissen wol, das euer lehre recht ist, aber dargegen ist ihr auch: Es hat nie kundt iemandes etwas angewonnen, ihr werdet der Erste auch nicht sein.* [10])

Episcopus Hallensis ubi cognouerat mortem Lutheri, dixit: *wir sein nun der alten gans los, wir mussen sehen, das* [*fol. 644b*] *wir der Jungen gans auch los werden.*

Ad Rhenum fuit quidam Episcopus,**) qui omnes pauperes ad se uenientes et eleemosynam petentes conclusérat in unam domunculam et illam [11]) incenderat, cumque illi miseri homines alta uoce clamarent, dixit: Audite uocem murium. Ille ipse Episcopus a muribus deinde est arrosus. Et cum non posset a se ingruentem copiam arcere, iussét sibi aedificari domum in medium Rheni, quam inhabitaret. Id factum est et tamen mures eum secuti sunt, et Rhenum transnatarunt.

Nota. *In hoc etiam capite permulta a* Rebenstockio *alio ordine disposita sunt, quam quo in* Codice *leguntur, id quod facilius ex hoc conspectu lector intelliget:*

Reb. II. fol. 240a lin. 8. — fol. 243b lin. 20. = Cod. fol. 633a lin. 24. — fol. 637a lin. 1.
— — fol. 243b lin. 20 extr. — fol. 244a lin. 25. = Cod. fol. 637a lin. 25. — fol. 637b lin. 21. (*exceptis* fol. 244a lin. 9 — 17. *quae in* Cod. *non leguntur.*)
— — fol. 244a lin. 26. — fol. 244b lin. 1 med. = Cod. fol. 638b lin. 18 — 20 med.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 303 sq. cap. 31. §. 1. (*conf. de utriusque colloquio supra* p. 299.)

**) *Conf.* ibid. III. p. 314. cap. 31. §. 5. sect. 4.

7) *das er ihm* — Ipse interim] Reb.: quod illum vxorem ducere per literas etiam admonuisset. Interim ipse

8) *bis auff den — kennen,*] Reb.: sed in consilijs (*pro*: concilijs) Augustanae (*pro*: Augustae *s.* Augustanis) suam cognoscebam fallaciam.

9) ipse est priuatus — — principalem.] Reb.: ipse est Primatus / Seruilis } non habet spiritum { Heroicum, / Principalem.

10) Episcopus Saltzburgensis — — *auch nicht sein.*] *haec sectio et duae subsequentes, quae in* Cod. fol. 644a lin. 21. — fol. 644b lin. 10. *leguntur, a* Reb. *absunt.*

11) illam] Cod. *male*: illum

Reb. II. fol. 244b lin. 1 med. — 15 med. = Cod. fol. 642a lin. 24 med. — fol. 642b lin. 11. (*conf.* p. 305 sq. not. 58. 59.)
— — fol. 244b lin. 15 med. — 30 (ult.) = Cod. fol. 638b lin. 20 med. — fol. 639a lin. 5 med.
— — fol. 244b lin. 30 extr. — fol. 245a lin. 2 med. = Cod. fol. 639a lin. 10. 11.
— — fol. 245a lin. 2 med. — 10. = Cod. fol. 639b lin. 26. — fol. 640a lin. 4.
— — fol. 245a lin. 11 — 21 med. = Cod. fol. 642b lin. 12 — 20.
— — fol. 245a lin. 21 med. — fol. 245b lin. 13. = Cod. fol. 640b lin. 28 med. — fol. 641a lin. 15.
— — fol. 245b lin. 14 — 20 init. = Cod. fol. 640b lin. 17 — 20.
— — fol. 245b lin. 20 med. — 21. = Cod. fol. 641a lin. 16 — 17 med.
— — fol. 245b lin. 22 — 25 med. = Cod. fol. 639a lin. 27 med. — fol. 639b lin. 2.
— — fol. 245b lin. 25 med. — fol. 246a lin. 2. = Cod. fol. 640b lin. 21 — 26 med.
— — fol. 246a lin. 3 — 12. = Cod. fol. 642a lin. 14 — 22.
— — fol. 246a lin. 13. — fol. 246b lin. 20 med. = Cod. fol. 643a lin. 1 med. — fol. 643b lin. 5.
— — fol. 246b lin. 20 med. — fol. 247a lin. 15. = Cod. fol. 643b lin. 24. — fol. 644a lin. 20.
— — fol. 247a lin. 16 — 21 med. = Cod. fol. 639a lin. 22 — 25 med.
— — fol. 247a lin. 21 med. — fol. 247b lin. 2. = Cod. fol. 642a lin. 6 med. — 13.

SOPHISTICA. [12])

Mundus diligenter est considerandus. *) Regitur enim opinionibus adeo, ut sophistica Hypocrisis et Tyrannis dicantur uera Religio, hisque cogatur ancillari. Ideo sophistica diligenter cauenda est, quae non tantum in Amphibologijs uocum consistit, sed in omnibus conditionibus uersatur. Vt in religione habet locum pulcherrimum sub nomine scripturae. Plus damni est in sophistica quam quisquam hominum cogitare potest et perspicere. Nam natura nostra pronior est ad mendacia, et ita sophisticae malum agnoscere non potest. Ideo Plato mirabilem descriptionem sophistae ponit: Illi non [12a]) sunt laudandi, qui omnia possunt inuertere, et aliorum sententias repudiare, et in utramque partem concludere Carneadis more. Sunt argutiae. Haec est uera laus ingenij, quaerere ueritatem et simplicitate gaudere etc. [12])

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 22. cap. 40. §. 1. sect. 1. 2.

12) Sophistica. Mundus — — et simplicitate gaudere etc.] *haec, quae in* Cod. fol. 644b lin. 11 — 25. *leguntur, a* Reb. II. fol. 248a lin. 11 — 29. *exhibentur paululum mutata* (*vide* huius Tomi pag. 313 lin. 18 med.—29.).

12a) non] *hanc vocem, quae in* Cod. *deest, ipse addidi* (*vide* Luth. colloq. germ. l. l. §. 1. sect. 2. princip.: „*Es sind diejenigen nicht zu loben* etc.).

Digitized by Google

HYPOCRISIS. FALSI FRATRES. [13])*)

Anno 39. 22 Ianuarij dicebatur de Episcoporum pertinacia [*fol. 645a*] et impoenitentia contra transgressiones [14]) primae et secundae tabulae sese defendentes et agnitam ueritatem impugnantes. [15]) Respondit D. M. Lutherus: Hoc et prophetae conqueruntur. A sacerdotibus egressa est iniquitas. Nam sathanae regnum potentissimum ita floret in mundo, ut ex optimis Dei ordinationibus pessima quaeque oriantur. Nam ex angelis diaboli, ex prophetis ψευδοπροφῆται, ex Apostolis falsi apostoli, ex Episcopis Haeretici, ex uxoribus adulterae [16]) oriuntur. *Darumb muss man sich wol vorsehen, vnnd nicht auff die laruen trauen,* [17]) sed mundus uult decipi. *Der graue rock vnnd filtzhut* Carolostadij *thut viel.* [18]) Et ego si adhuc hodie inciperem gestare griseam tunicam, [19]) ieiunarem, sederem in cinere, [20]) speciali uita poenitentiam simularem, illico multos applausores acquirerem, etiam inter Euangelicissimos D. I. S. [21]) et H. M. [21a]) Ideo uetus est prouerbium: Mundus uult decipi. *sie wiel den grauen rock haben,* [22]) communia officia charitatis, politiae et oeconomiae non considerat, sed monstrosa opera admiratur, quibus etiam corpus laeditur. [23]) *Ach man darff*

---

*) Reb. II, fol. 247b lin. 3. – fol. 248b lin. 18. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 7 sqq. cap. 39.

13) Hypocrisis. Falsi fratres.] Reb.: Hypocrisis Sophistica et falsi fratres.

14) transgressiones] Cod. *calami err.:* transgressiores

15) dicebatur de Episcoporum p. — — impugnantes.] Reb.: de Episcoporum pertinacia et impoenitentia fiebat sermo, qui transgressiones et idolatrias contra primam et secundam tabulam defendere conarentur, et agnitam veritatem impugnare tentarent. — *Haec sectio in* Cod. fol. 644b lin. 26. — fol. 645a lin. 21., *ap.* Reb. II. fol. 247b lin. 3.—fol. 248a lin. 5. *legitur.*

16) adulterae] Reb.: adulterae, ex scholasticis discoli

17) *Darumb muss man — trauen,*] Reb.: optime igitur nobis canendum, et laruis minime confitendum est,

18) *Der graue rock — thut viel.*] Reb.: tunica glauciosa et pileus Carolostadij multa efficiunt.

19) si adhuc hodie i. g. griseam tunicam,] Reb.: si odium inciperem, griseam tunicam gestarem — *Vox mediae et infimae latinitatis* griseus *i. q.* canus.

20) sederem in cinere (Cod.: cinerem),] Reb.: in cinere sederem,

21) Euangelicissimos (Cod.: Euangelisissimos) D. I. S.] Reb.: Euangelicissimos, etc. I. S. (*i. e.* Iac. Schenck.)

21a) H. M.] *i. q.* Magister Ham? (*conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 377. cap. 37. §. 56.)

22) Mundus uult d. — *rock haben,*] Reb.: mundus cogitur opinionibus et laruis, ideo non caret erroribus, tunica glauciosa delectatur,

23) laeditur.] Reb.: lenitur.

Digitized by Google

nicht illas asciticias uiolentias, [24]) sufficit, quod quilibet [25]) secundum suae uocationis statum uiuit et operatur. [26])

D. Martinus consolabatur pastorem et Diaconum Torgensem *) propter Iacobum Schenckium, ut uigilarent et orarent. Nam sathanae humanis uiribus occurrere non possumus, sicut Hiob inquit: Hastam uibrantem reputat pro stipula, sed gladium spiritus formidat. [*fol. 645*b] Ergo ueneremur Dei uerbum et oremus. Ab externis non est mihi formido. Nam Ecclesia non perit ab externis, sed intestina mala falsorum fratrum *werdens thun*. *Iudas muste Christum verrathen.* Et falsi Apostoli Euangelium turbabant.

[*Pro hac sectione*: „D. Martinus consolabatur pastorem — — Euangelium turbabant.“ *quae in* Cod. fol. 645a lin. 22. — fol. 645b lin. 5. *exstat, eodem loco a* Rebenstockio II. fol. 248a lin. 6 — 29. (ult.) *exhibetur haevce, cuius maxima pars cum praecedente capite* Sophistica *inscripto congruit*: Ab externis hostibus mihi non est formido, nam ab iis Ecclesia non perit sed acuitur. Intestina vero mala falsorum fratrum efficient, Iudas Christum contempsit, et falsi Apostoli Euangelium turbarunt. Ita I. S. aulam fascinat. Considerate igitur mundum diligenter, qui opinionibus adeo regitur, vt Sophistica Hypocrisis et Tyrannis vera religio dicantur, illis cogitur ancillare, ideo diligenter cauenda est Sophistica, quae non tantum in amphybolis (*pro*: amphiboliis) vocum et verborum consistit, sed in omnibus conditionibus et actionibus versatur, vt in religione sub nomine sacrae scripturae habet pulcherrimum applausum, in politia sub specie institiae habet locum, etc. Plus damni inest Sophistica (*pro*: Sophisticae), quam quisquam hominum prospicere potest. Nam natura nostra promptior est ad mendacia, et ita Sophisticae malum agnoscere non potest. Ideo Plato mirabilem descriptionem Sophisticae ponit dicens: Illi non sunt laudandi, qui omnia possunt inuertere et aliorum sententias repudiare, et in vtramque partem concludere Carneadis more, sunt argutiae. Haec est vera laus ingenij, quaerere veritatem et simplicitate gaudere.]

D. Martinus interrogabat, **) quomodo Hypocrita proprie debeat uerti. [27]) *denn heuchler wer tzu schwach vnnd tzu gering.* [28]) fere significant [29]) sycophantam, qui propter suum commodum [30]) alijs nocet, quales fuerunt adulatores Saul, qui propter mensam suam loquebantur contra Dauid, [31]) quibus uitijs polluitur terra. Hypocrita [32]) non tantum est

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 7 sq. cap. 39. §. 1. sect. 2.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 8. cap. 39. §. 2.
24) *Ach man darff* (*i. q. bedarf*) — uiolentias,] Reb.: Ach non opus est illis ascititijs violentijs,
25) quilibet] *sic* Reb.; Cod.: quaelibet
26) uiuit et operatur.] Reb.: viuat et operetur.
27) proprie debeat uerti.] Reb.: Germanice proprie appellandus est, — *Haec sectio, quae in* Cod. fol. 645b lin. 6 — 18. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 248b lin. 1 — 18. *reperitur.*
28) *denn heuchler — tzu gering.*] Reb.: quid (*pro:* quod) vocabulum, hypocrita, non satis exprimeret fallaciam et astutiam falsorum Christianorum,
29) significant] Reb.: significaret
30) commodum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
31) loquebantur contra Dauid,] Reb.: contra Dauid loquebatur,
32) Hypocrita] Reb.: Hypocrita vero

Digitized by Google

adulator, sed qui simul fallit et decipit, et hoc [33]) sub specie sanctimoniae ut exempla Matth. 23. clare indicant. Hypocritam esse fallacem [34]) impostorem. Nam [35]) Hieronymus dicit, simulatam sanctitatem esse duplicem iniquitatem. Ideo ὑπόκρισις *falsch*, Hypocrita [36]) filius perditionis, *ein falscher vertzweifelter bube*. [37]) Lucas Maler [38]) *heist ihn*. [39]) per antiphrasin *ein heiligen schalck*, *heuchler ist itzo dunne vnnd schwach* etc. [40])

[*fol. 646a*] HAERETICI. [41])*)

D. M. Lutherus: Autores alicuius Haeresis nunquam legi conuersos. [42])

Imitatio est res { Diabolica / Humana } et ideo simpliciter est { Noxia / Vana }

Sic { Verbum Dei, Opera fidei, Caeremonias, Bellum, Regnum, Artificia, Artes } imitantur etiam { Haeretici, Hypocritae, Idolatrae, Temerarij, Stulti, Stupidi, *kumpler*, Asini }

Si igitur Deus { Verbum / Opus / Artes } suscitat, nihil facit quam quod simias prouocat.

Et multitudo sequitur simias, solus Deus seruat reliquas πρωτοτύπον. Sic est mundus ab initio.

Epicurus sustulit { Prouidentiam, ne timeremus Deum, sed ut faceremus quidquid libitum esset. / Immortalitatem, ne damnationem exhorresceremus. }

---

*) Reb. II, fol. 248b lin. 19.—fol. 252b lin. 27.—*Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 340 sqq. cap. 37.

33) et hoc] *a* Reb. *absunt.*
34) fallacem] Reb.: falsum
35) Nam] Reb.: sicut et
36) ὑπόκρισις *falsch*, Hypocrita] Reb.: Hypocrisis (*reliquis omissis*)
37) *ein falscher v. bube.*] Reb.: iniquus et peruersus nequam,
38) Maler] Cod.: Meler
39) *heist ihn*] Reb.: vocat illum
40) *ein heiligen sch. — schwach* etc.] Reb.: nequam sanctum, quia vocabulum Hypocrita non satisfacit rei.
41) Haeretici.] Reb.: Haeretici, vaticinium M. L. de nouis haereticis.
42) D. M. Lutherus: Autores — — conuersos.] *haec et subsequentes tabulae, quae in* Cod. fol. 646a lin. 2—21. *exhibentur, a* Reb. *h. l. absunt.*

Digitized by Google

D. M. Lutherus sollicitus [43]) sedebat *) deplorans Ecclesiae statum, quae tam uarijs expositą esset periculis propter Tyrannos et pseudoprophetas, quod illis praeteritis annis Sathan Euangelium, Baptismum et Eucharistiam [44]) impugnasset. *Ich hoffe aber, die tzwene irthumb sollen nu schier versturet sein.* Timeo autem [45]) alias duas sectas, scilicet Epicurismum et Enthusiasmum, *die tzwo secten werden noch regieren.* [46]) Nam totus [*fol. 646b*] mundus extrema securitate praesumptuosissime [47]) incedit. Caeteri qui uoluerint uideri Deum curare, illi rapientur ad altiora [48]) contempto uerbo Dei [49]) uocali, et tantum suis speculationibus intenti [50]) gloriabuntur *den geist,* [51]) uerbum uocale nihil esse, qualis fanaticus fuit ille Marcus, [52]) qui dicebat: *die lehre sol mir niemandt nemen, auch gott selber nicht,* [53]) et miris modis me in suam sententiam pertrahere [54]) conabatur, gloriabatur [55]) se sine scriptura ex reuelationibus omnia didicisse. Item gloriabatur suum donum et talentum [56]) *in dem gradt der vnbeweglichkeit,* [57]) se hominum corda et cogitationes posse perspicere, sed Deus me seruauit ab illius admiratione. *Ich habe sorge, derselben Enthusiasten werden noch mer komen,* [58]) qui attoniti, correpti suis cogitationibus, stupidi, mordicus retinentes suam sententiam uerbum uocale contemnent. [59]) Ideo semper summo studio admonui ad lectionem scripturae et

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 393 sqq. cap. 37. §. 85.

43) D. M. Luth. sollicitus] *Sectio sic ordiens, quae in* Cod. fol. 646a lin. 22. — fol. 647b lin. 11. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 248b lin. 21. — fol. 250a lin. 20. *reperitur.*

44) et Eucharistiam] Reb.: εὐχαριστίαν

45) *Ich hoffe aber — —* Timeo autem] Reb.: spero autem hos duos errores ferme praeterijsse. Nunc timeo

46) *die tzwo s. — regieren.*] Reb.: hae duae sectae ad tempus florebunt.

47) praesumptuosissime] Reb.: praesumptuosissimus

48) rapientur ad altiora] Reb.: ad altiora rapientur

49) Dei] *a* Reb. *abest.*

50) intenti] *ap.* Reb. *deest.*

51) *den geist* (Cod.: *geist, geist*)] Reb.: de spiritu,

52) Marcus,] Reb.: Marcus Storch,

53) *die lehre sol — — selber nicht,*] Reb.: doctrinam hanc nemo, nec Deus ipse, aufferet a me,

54) pertrahere] Cod. *calami err.*: perthraere

55) gloriabatur] Reb.: iactitans

56) donum et talentum] Reb.: talentum et donum,

57) *in dem gradt der vnbeweglichkeit,*] Reb.: in gradu constantiae,

58) *Ich habe sorge — — komen,*] Reb.: Multos sane Enthusiast. assurgere, timeo,

59) correpti suis cogit. — — contemnent.] Reb.: stupidi, suis cogitationibus concepti, suam sententiam mordicus retinebunt, contempto Dei verbo.

Digitized by Google

auditum uerbi uocalis,[60]) ut agamus cum Deo reuelato et loquente, et omnibus [61]) modis Deum tacentem, et in maiestate Deum [62]) obscurum relinquamus. Ideo Deus optime uidit nos in speculationibus [63]) nostris in rebus diuinis errare, et statuit se [64]) nobis reuelare et loqui per filium in gremio [65]) uirginis lactatum. Hunc audite, ille docebit uos [66]) omnia, sed nos proh dolor nolumus eum audire, et uerbum illud uocale contemnimus. *wollen nicht vntten bei der krippen vnnd windelen* Christum *fahen, sondern oben anfahen.* [67]) Ah si Deus per asinum loquitur, tunc est [68]) illius uerbum, multo magis si per filium et Apostolos. Ideo Paulus gloriatur: Vos accepistis [*fol. 647a*] uerbum nostrum ut Dei uerbum. Si hoc crederemus Deum nobiscum loqui, oscularemur reuerenter uerbum. [69]) *Aber man kan das* Concretum, scilicet *das* loquitur *nicht erhalten, dann das enthusiastische* Quare, [70]) quaerens Deum proprijs cogitationibus, *richtet alles vngluck an.* [71]) Cur Deus unus sit trinus, Vna persona Deus et homo, Mater uirgo, Quare huius misereatur, alteriùs non? *Es ist das* peccatum originale, *das den Adam im paradeis in alles vngluck bracht hat, vnnd ist vns in die haut vnnd inwendiges gekrochen, muss auch durch den Christum wider heraus bracht werden. Das* Quare, [72]) Graece *αὐχὴ*, [73]) Germanice *wie? ist vns tzum wehe gerathen, denn do Adam woltte stoltzieren, vnnd mit dem wie vmbgehen, des wardt ein weh daraus. Ist doch kein hausswirt so schlim im hause*, qui seruo suo per-

---

60) ad lectionem scr. — uocalis,] Reb.: ad sacrae scripturae lectionem et verbi vocalis auditum,
61) et omnibus] Reb.: omnibusque
62) Deum] *a* Reb. *abest.*
63) Ideo Deus — in speculationibus] Reb.: Optime igitur vidit Deus nos cum speculationibus
64) et statuit se] Reb.: ideo statuit sese
65) gremio] Cod. *calami err.*: gemio
66) uos] *sic recte* Reb.; Cod.: nos
67) *wollen nicht vntten — — anfahen.*] Reb.: nec Christum in praesepi et fascijs, vbi inueniri vult, quaerere volunt.
68) loqnitur, tunc est] Reb.: loqueretur, tamen esset
69) oscularemur reu. uerbum.] Reb.: verbum ministerij oscularemur,
70) *Aber man kan — —* Quare,] Reb.: verum non possumus concretum illud quod Deus loquitur retinere, quia Enthusiasticum. Quaero,
71) *richtet* (Cod.: *richtess*) — *an.*] Reb.: nihil non mali instituit,
72) *Es ist das* peccatum — — *Das* Quare] Reb.: Peccatum hoc originale, per quod Adamus in paradiso illusus et multis calamitatibus subiectus est, in nostra quoque interiora viscera irrepsit, nec potest expelli, nisi per Christum, vocabulum hoc. Quare
73) *αὐχὴ*] *sic* Reb. (*ἀὐχὴ*); Cod.: *ἀυχὴ* (*vide explicationem huius vocis fictae in* Emendandis *quae in fine afferam, ad locum* Tom. III. pag. 66. lin. 9.)

Digitized by Google

mitteret [74]) Quare in arcanis suis, qui debet esse contentus [75]) in suo praecepto. *Also wil gott auch,* [76]) ut obediamus et simus trementes et contriti spiritus. Vult nostram confusionem et gloriam suam. Econtra nos quaerimus nostram gloriam et suam confusionem. Ergo qui uult sibi consultum, uerbum uocale [77]) obseruet, credat et faciat [78]) ex Quare *ein* Ita, [79]) et fiat sicut paruulus, quemadmodum egregie hortatur scriptura [80]) ad uerbum uocale, etsi non nisi [81]) obseruaremus [82]) hos duos psalmos: [83]) Beati immaculati etc. [84]) Et Domine non est exaltatum cor meum. [85]) *Die lehren vnns ia fleissig auff das wordt achtung geben, wan das teufflische* quare *vnns durch die Erbsunde nicht hette also eingenommen.* [86]) Quod autem [*fol. 647*[b]] quidam objciunt, Verbum uocale nihil praestare, sed spiritu [87]) opus esse, quia Apostoli non credidissent, [88]) ideo opus fuisse [89]) missione spiritus sancti. Respondeo: Apostoli aequi crediderunt, sed infirma fide. Deinde missione spiritus sancti roborata est. [90]) Tamen spiritus sanctus nihil aliud docuit, quam quae [91]) Christus antea docuerat, quia clare inquit Ioan. 16. [92]) Non loquetur [93]) a semet ipso, sed quaecunque audierit loquetur. Summa, sathan non uult, ut in media uia maneamus, sed ad

---

74) Germanice *wie? ist vnns* — — seruo suo permitteret] Reb.: germanice Wie, latine quomodo, mutatum est in ve germanice wehe. Nam cum Adamus ex superbia opera Dei, quare et quomodo illa fecisset, perscrutari volebat, statim misere lapsus est, nullus paterfamilias tam stolidus est in domo sua, qui permitteret seruo suo.
75) debet esse contentus] Reb.: contentus esse debet
76) *Also wil gott auch,*] Reb.: Sic et Deus vult,
77) qui uult sibi c., uerbum uocale] Reb.: qui sibi consultum velit, verbum Dei
78) credat et faciat] Reb.: credat et veneretur. Faciat
79) *ein* Ita,] Reb.: Ita,
80) quemadmodum egregie h. scriptura] Reb.: sicut egregie haec doctrina hortatur
81) non nisi] Reb.: tantum
82) obseruaremus] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
83) psalmos:] Reb.: Psalmos 119.
84) etc.] Reb.: in via, etc.
85) meum.] Reb.: meum, etc.
86) *Die lehren vnns* — — *eingnommen.*] Reb.: Per hos docemur verbum Dei bene obseruare, et illud magnifacere, nisi vocabulum illud diabolicum, Quare per peccatum originale nos ita seduxisset.
87) spiritu] Reb.: Spirit. sanct.
88) credidissent] Reb. *typ. err.*: credissent.
89) fuisse] *sic* Reb.; Cod.: fuisset
90) Apostoli aequi cred. — — roborata est.] Reb.: Spiritu sancto fidem esse roboratam
91) nihil aliud docuit quam quae] Reb.: nihil docuit aliud quam
92) Ioan. 16.] *sic scripsi*; Cod.: Ioan. 15., Reb.: Ioan. 12. (*vide* Ioh. 16, 13.)
93) loquetur] *sic recte* Reb.; Cod.: liquitur

Digitized by Google

latus nos irritat. Epicurismus uergit ad sinistram, Enthusiasmus ad dextram, in qua optimi et deuotissimi incedunt cum summa superstitione. [94])

Anno 38. 13 Septembris*) habita est [95]) disputatio contra Antinomos satis acris per quinque horas fere, [96]) in qua D. Martinus uehementer contradixit istis nouis doctoribus, [97]) qui reiecta lege per Euangelium, Euangelium [98]) uellent extinguere et populo securissimo [99]) blandiri ad malum. Illis se uelle resistere ad mortem usque, *man soltes ihm auch nachsagen*, post mortem. Et [100]) uesperi dicebat se nunquam consensisse in opiniones Iacobi Schenckij et Ioannis Agricolae. [1]) *dann es pfleget sich altzeit das feuer an einem funcklein antzufangen*, [2]) sicut sacramentarij primo panem dicebant, secundo corpus significatum, postea corpus uerum, sed spirituale. Ita Arrius sensim accessit suae haeresi, quem [3]) Petrus Alexandrinus Episcopus uidens longe ante dixit: Alienus a gratia [4]) Christi. Nam is satis est alienus a gratia [5]) Christi, qui diuinitatem ipsius negat. Et ita incepit. Primo [*fol. 648a*] negauit Christum Deum, dicens eum creaturam sed perfectam. Resistentibus autem Catholicis, secundo dixit Christum perfectissimam creaturam supra Angelos, per quam omnia facta sint. [6]) Tertio asserebat eum Deum nuncupatiuum. Quarto Deum uerum de Deo uero, lumen de lumine Christum docebat, ita ut error adeo subtilis esset, ut illi multi [7]) assentirentur, ut etiam [8]) Auxentius Episcopus Mediolanensis eo errore deceptus sit, contra quem Hilarius Epistolam conscripsit. [9]) Sed cum Catholici non acquiescerent, Quinto [10])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 396 sq. cap. 37. §. 86.

94) superstitione.] Cod. *calami err.*: superstione.
95) Anno 38. 13. Sept. habita est] *Sectio sic ordiens, quae in* Cod. fol. 647b lin. 12. — fol. 648a lin. 19. *legitur, a* Reb. II. fol. 250a lin. 21. — fol. 251a lin. 8 med. *exhibetur.*
96) horas fere,] Reb.: fere horas,
97) contradixit istis n. doctoribus,] Reb.: confutant nouos illos Doctores,
98) Euangelium] *hoc alterum verbum ap.* Reb. *deest.*
99) securissimo] Reb.: securissime
100) *man soltes* — Et] Reb.: nec deberent hoc taceri, post mortem suam, vt
1) Iacobi Schenckij et Ioannis Agricolae.] Reb.: I. S. et I. Agric.
2) *dann es pfleget — antzufangen,*] Reb.: ingens enim ignis ex scintillula quadam saepius exoriri solet,
3) accessit suae haeresi, quem] Reb.: processit sua haeresi, quam
4) Alienus a gratia] Reb.: Arrius alienus a gloria
5) est alienus a gratia] Reb.: alienus est a gloria
6) sint.] Reb.: sunt,
7) ut illi multi] Reb.: quod multi illi
8) ut etiam] Reb.: ita vt
9) conscripsit.] Reb.: scripsit,
10) Quinto] Reb. *typ. err.*: Sto. (*prv.* 5to.)

Digitized by Google

dicebat genitum, sed factum, consubstantialem patri. [11]) Quamuis deinde Hieronymus [12]) restitit, cupiens ut hoc uocabulum ὁμοούσιον [13]) ex symbolo deleret, [14]) quia non esset in sacra scriptura. Cui Athanasius per instantiam restitit: pater ingenitus et innascibilis etiam non esse [15]) in scriptura, et tamen Deo competere. Summa. Nullus est error aut superstitio tam crassa, [16]) quae non habeat [17]) applausum, sicut papae ueneratio apud Romanos. [18]) Et ἀλφάϊος erat Deus gentium, cuius nomen esset [19]) ineffabile. Nam hoc non comprehendere tot creatores, quot essent amici [20]) in mundo, *wie das griechische wordt in numero mit sich bringt.* [21])

Arriana Haeresis *) diutissime durauit ultra 300 annos, [22]) attigit Augustini et Gregorij tempora, sub Constantino floruit, sub Domitiano tyrannizauit, sub Iouiano, Gratiano, Valentiniano, *hat wol sieben keiser ausgestanden,* [23]) quousque Gothi uenirent. Et Turca hodie adhuc est Arrianus, quamuis iactat in suis iuramentis quatuor chronographos, [24]) Creatorem coeli et terrae, Resurrectionem mortuorum, sed [25]) [*fol. 648b*] suum Mahomet summum prophetam iactat, [26]) *lest Christum tzu Constantinopel offentlich predigen,* [27]) sed saluo suo Mahomet, qui est mirabilis [28]) homo.

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 397 sq. cap. 37. §. 87.

11) sed factum, consubstantialem patri.] *sic* Cod.; Reb.: sed factum consubstantialem patri noluit admittere, Non factum, ibi litis contestatio incepit de vocabulo ὁμοίσιον (*prv*: ὁμοούσιον), cui sese opposuit Hilarius, cuius libri summa est, Christum esse natum Deum consubstantialem patri,

12) Hieronymus] Cod. *calami err.*: Hierominus

13) ὁμοούσιον] Reb. *male*: ὁμούσιον

14) deleret,] Reb.: deleretur,

15) esse] Reb.; esset

16) Nullus est error — crassa,] Reb.: nullius error aut superstitio tam est crassa,

17) habeat] Reb.: habet

18) ap. Romanos.] Reb.: ap. Romanos erat.

19) Et ἀλφάϊος erat Deus gentium, cuius nomen esset] *sic* Cod.; Reb.: Est Deus gentium, cuius nomen est

20) tot creatores, quot (Cod.: quod) essent amici] *sic* Cod.; Reb.: tot creaturas, quot essent animi

21) *wie das griech. w. — bringt.*] Reb.: quemadmodum graecum vocabulum in numero indicat.

22) Arriana haeresis — 300 annos,] Reb.: Haec Arriana haeresis diutissime vltra 300 annos durauit, — *Haec sectio in* Cod. fol. 648a lin. 20. — fol. 648b lin. 3., *ap.* Reb. II. fol. 251a lin. 8 med. — 20. *legitur*

23) *hat wol — ausgestanden,*] Reb.: septem Caesarum tempora attigit,

24) chronographos (Cod.: Chronographo),] Reb.: Cosmographos

25) sed] Reb.: interim tamen

26) iactat.] Reb.: iactitat,

27) *lest Christum — predigen,*] Reb.: Constantinopol. Christum publice praedicari permittit,

28) est mirabilis] Reb.: mirabilis est

Digitized by Google

Anno 39. 23 Ianuarij*) D. M. Lutherus deplorauit futuras sectas et falsos fratres. [29] *Es wirdt des schreibens so vil werden, das der geringste* Grammatellus *vnnd* philosophellus *wirdt sonderlich ding wollen schreiben* et iterum [30] incidemus in pristinos errores. *Denn der Teuffel ist ein tausentkunstiger, kan einen Irthumb mannigfeltig verbremen vnnd schmucken,* [31] ut Samosateni et Arrij error fere idem fuit, nisi quod ille unam personam cum patre, hic duas personas, sed Deum nuncupatiuum assereret. Ita sacramentarij: τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. [32] *habens auch verdrehet vnnd geschmucket.* [33]

Fecit mentionem [34] Haereticorum Abelistarum, **) qui nomen ab Abel accepissent. *Das weren die frömbsten ketzer im schein* [35] *gewest, die die sonne beschienen het.* [36] Primo enim docebant, omnes in illa secta debere esse in coniugio. [37] Secundo ut cohabitarent coelibes, et Oeconomias diligenter bonis augerent. Tertio Adoptiuos haeredes sibi aliunde [38] eligerent. *Ist warlich ein wunderlich ketzerey gewest vnnd eine leutselige, die frembde leutte adoptiret hat. wer kontte das nicht leidenn?* [39] Ita Coniugium et ordinatio Dei semper impugnatur.

Certissimum hoc est, [40] quod omnis Haereticus et Rot-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 398. cap. 37. §. 88.

**) *Conf.* ibid. III. p. 398. cap. 37. §. 89.

29) et falsos fratres] *sic scripsi;* Cod.: et falsis fratribus, Reb.: a falsis fratribus. — *Haec sectio in* Cod. fol. 648b lin. 4 — 13., *ap.* Reb. II. fol. 251a lin. 21 — 27. *exhibetur.*

30) *Es wirdt des schr.* — — et iterum (Cod.: iterim)] Reb.: multi assurgent scriptores, ita vt etiam quilibet grammatellus et Philosopholellus (*pro:* Philosophellus) nunc inscribere incipiat, et ita

31) *Denn der Teuffel* — — *schmucken.*] Reb.: Diabolus enim mille artifex est, qui errorem aliquem varie ornare potest.

32) τοῦτό — μου.] *sic scripsi* (= Luc. 22, 19.); Cod.: τουτο ἐστι σῶμα Μου.

33) ut Samosateni et Arrij error — — *vnnd geschmucket.*] *haec* (Cod. fol. 648b lin. 10 — 13. *a* Reb. *absunt.*

34) Fecit mentionem] Reb.: M. L. facit mentionem — *Haec sectio in* Cod. fol. 648b lin. 14 — 22., *ap.* Reb. II. fol. 251a lin. 28. — fol. 251b lin. 10 med. *legitur.*

35) *schein*] *sic scripsi;* Cod.: *schem*

36) *Das weren* — *beschienen het.*] Reb.: qui haeretici fuissent pijssimi sub sole et terra tantum

37) omnes in illa — coniugio.] Reb.: quod omnes in illa secta in coniugio viuere deberent,

38) sibi aliunde] Reb.: aliunde sibi

39) *Ist warlich* — — *nicht leidenn?*] Reb.: mirabilis et humana fuit haeresis, quae homines peregrinos in haeredes adoptauit, quis haec ferre non posset, cui haec non esset grata?

40) Certissimum hoc est] *haec sectio in* Cod. fol. 648b lin. 23. — fol. 649a lin. 8., *ap.* Reb. II. fol. 251b lin. 10 med. — 25 med. *exstat.*

Digitized by Google

tensis est seditiosus.*) Postquam enim sparsit mendacium, *so versiglet ers mit dem* Homicidio, *wie der herr Christus den Teuffel mit den tzween* titulis *abmalet, der die armen* [*fol. 649a*] *menschen also tzurichtet,* [41]) ut tantum ponant antecedens sub bona deuotione et simulatione pacis. *darnach inferirt der Teuffel* [42]) talem consequentiam; quam ipsi Rottenses nunquam putassent. Ita iam Ioan. Agricola non uidet consequentiam. [43]) *Aber der Teuffel ist ein gutter* Dialecticus, *der hat den* Syllogismum, Antecedens et Consequens *schon gesetzt.* [44]) Nos autem [45]) securi putamus sathanam non regnare, cum tamen sit inter filios Dei, sicut Hiob [46]) conqueritur.

Haereticorum et Iudaeorum [47]) conatus**) sunt feruentiores et splendidiorem habent fucum, ut uideantur saniores, [48]) sed occurrendum est illis hoc unico argumento: *lieber ist das auch vnnsers herrgottes bevel?* ibi coguntur obmutescere.

D. M. Lutherus fecit mentionem Ioannis Agricolae***) Anno 39. 3 Iulij arrogantissimi, [49]) qui neque fistulando neque plangendo posset lucrifieri. [50]) *Er wer neulich in willen gewest, auch schon auff dem wege, sich mit* D. Hieronymo Schurff *vnnd* Ioanne Agricola *tzu bereden vnnd versönen,* [51])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 398 sq. cap. 37. §. 90.
**) *Conf.* ibid. III. p. 399. cap. 37. §. 91.
***) *Conf.* ibid. III. p. 399 sq. cap. 37. §. 92.

41) *so versiglet ers — — also tzurichtet,*] Reb.: confirmat cum homicidio. Ita Christus Diabolum depingit his duobus titulis mendacem et homicidam appellans, qui miseros homines ita seducit,
42) *darnach inferirt der Teuffel*] Reb.: postea Diabolus
43) non uidet consequentiam.] Reb.: consequentiam illam non videt,
44) *Aber der Teuffel — — schon gesetzt.*] Reb.: Diabolus vero optimus est Dialecticus, qui post Syllogismum, Antecedens et Consequens posuit.
45) autem] Reb.: vero
46) Hiob] *ap.* Reb. *deest.*
47) Haereticorum et Iudaeorum] Reb.: Nam Haereticorum
48) saniores,] *prior huius sectionis pars, quae hac voce finitur* (Cod. fol. 649a lin. 9. 10.), *ap.* Reb. II. fol. 251b lin. 25 med. — 27. *reperitur, subsequens altera pars*: „sed occurr. — — obmutescere." (Cod. *l. l.* lin. 10 extr. — 12.) *ab eo abest.*
49) D. M. Lutherus fecit — — arrogantissimi,] Reb.: Anno 39. 5. Iulij D. Mart. Luth. fecit mentionem Ioan. Agric. arrogantissimi, — *Haec sectio terminata verbis*: *„Ihr soltes nicht besser haben* etc.", *in* Cod. fol. 649a lin. 13. — fol. 649b lin. 22., *ap.* Reb. II. fol. 251b lin. 28. — fol. 252b lin. 16. *legitur.*
50) posset lucrifieri.] Reb.: lucrifieri possit,
51) *Er wer neulich — — vnnd versönen,*] Reb.: habuisset, dixit Luth., in animo et firmiter sibi proposuisset, si cum H. S. et D. H. A. reconciliationem initiatur,

Digitized by Google

et tamen fato esse [52]) impeditum. Nam uideo meam benignitatem eos inflare. Ille gloriatus se Abel, *er wirdt ein merterer vntter meinen henden*, et ego [53]) cogor esse Martyrifex, cum ipse me afflixerit supra omnes aduersarios. [54]) *Es hat mich kein babst noch schwermer höher betrübet als er.* [55]) Et nunc mihi causam imponit. Ita fecit Arrius, qui scribebat ad suos: [56]) Ego patior persecutionem ab Episcopo meo propter ueritatem omnia uincentem. *Ich meine, der war ein merterer.* [57]) Ita Christus Diabolum etiam [58]) facit [*fol.-649b*] Martyrem. O bone Deus quanta malitia. Nos securi sine timore Dei et oratione incedimus, ideo pessima sequentur tempora. Ita factum est [59]) tempore Apostolorum, quos Manichaeus secutus. Dixit illos quidem habuisse spiritum sanctum, sed imperfecte, se uero habere perfecte. Ita [60]) hodie nostri Rottenses. Concedunt [61]) nos incepisse, *es wer feine, aber sie weren volkomen, sie soltens ausmachen, sie weren das opfer fein. Also gehet des Teuffels process.* [62]) Ita ego his 20 annis plus quam quinquaginta [63]) sectarios habui me docentes, [64]) sed Deus seruauit me [65]) dicens: Ostendam tibi quae passurus sis propter nomen meum. Summa, oportet Haereses esse, *man kans nicht erwehren, ists doch tzur Apostel tzeit gewest.* Nos non [66]) sumus meliores patribus nostris. Nam cessante Tyrannide sequentur Haereses. Ideo diserte libellum de tribus symbolis composui. Nam illi articuli breui periclitabuntur. Tempora enim sub Euangelio sunt mala. *Itzunder siehet man, was die weldt ist,*

---

52) fato esse] *sic scripsi;* Cod.: facto esse, Reb.: fato fuisse
53) Ille gloriatus se — — et ego] Reb.: ille gratulatur de Abel se martyrem fieri sub manibus meis, ego
54) omnes aduersarios.] Reb.: omnes meos aduersarios.
55) *Es hat mich — als er.*] Reb.: Nullus Papa vnquam me ita afflixit, sicuti hic Agricola fecit,
56) fecit Arrius, — ad suos:] Reb.: Arrius fecit, qui ad suos scribebat,
57) *Ich meine, — merterer.*] Reb.: nonne hic erat Martyr?
58) Diabolum etiam] Reb.: etiam Diabolum
59) factum est] Reb.: accidit
60) Ita] Reb.: similiter
61) Rottenses. Concedunt] *sic* Cod.; Reb.: Rottenses concedunt
62) *es wer feine, — — Teuffels process.*] Reb.: laudabant verum ipsos esse perfectos, et omnia peragere debere dicunt. Sic verum Diaboli processum videt.
63) Ita ego — quam quinquaginta] Reb.: Ego his 20 annis plus 50.
64) docentes,] Reb.: impugnantes,
65) seruauit me] Reb.: me seruauit
66) *man kans nicht — —* Nos non] Reb.: mutari non potest, quia haereses etiam temporibus Apostolorum fuerunt, non

Digitized by Google

qui [67]) olim in tenebris non uidebatur, *vnnd obs vnns nu wehe thut vnnd wir gerne klagen woltten, so hat vnns Christus das* loquebar *starck niedergeleget.* [68]) Ego sum Magister uester, uos discipuli, si me Beelsebub uocarunt, quanto magis uos. *Ihr soltes nicht besser haben* etc. [69])

AN HAERETICVS ADMINISTRARE POSSIT [70]) SACRAMENTA.

Doctor interrogatus hac de re ita respondit: [71]) Si nescitur esse haereticus. At statim cum profitetur suam Haeresin de sacramentis, tum non confert sacramenta. [72]) Sacramentarij [*fol. 650a*] negant corpus Christi. Sic Anabaptistae non uere baptizant, qui negant Baptismum. Sed [73]) si quis nescius inciderit [74]) in sacramentarium et credat se accepisse [75]) uerum corpus, is accipit [76]) uerum corpus etc. [77])

[Rebenstockius II. fol. 253a lin. 1. — fol. 253b lin. 13. *post illud* Lutheri *responsum exhibet hocce eiusdem* Iudicium de casu sacramentali, *quod in* Codice *quidem desideratur, maxima autem ex parte reperitur in* epistola a Luthero ad Amsdorfium d. 11. Ianuar. 1546. scripta (*vide* D. M. Luthers *Briefe, Sendschreiben u. Bedenken gesammelt von* W. M. L. de Wette. P. V. p. 776 sq.).

Iudicium D. M. L. de casu Sacramentali ad Nicolaum Amsdorffium.

Diaconus quidam cum in pago Sacramentum coenae administrasset, post recitata verba consecrationis ex inconsiderantia amisit particulam, quam cum reperire non posset, atque vnus Sacramentum peteret, Diaconus ei particulam non consecratam verbis Domini exhibuit. Tandem communione peracta, quidam inuenit amissam

---

67) *Itzunder siehet — ist,* qui] Reb.: iam; intelligimus quid sit mundus, quis

68) *vnnd obs vnns nu* (Cod.: *nuhe*) — — *niedergeleget.*] Reb.: etsi enim dolore nunc afficimur, et querelam nostram proponimus, Christus tamen nostrum loquebar fortiter deposuit.

69) *Ihr soltes nicht besser haben* etc.] Reb.: meliora vos sperare non debetis.

70) administrare possit] Reb.: possit administrare — *Sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 649b lin. 23. — fol. 650a lin. 4. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 252b lin. 17 — 27. *invenitur.*

71) Doctor interrogatus — respondit:] Reb.: Ad hanc quaestionem D. M. L. ita respondit.

72) tum non confert sacramenta.] Reb.: tunc non sunt Sacramenta, etc.

73) Sed] *a* Reb. *abest.*

74) inciderit] Reb.: incideret

75) accepisse] Cod. *corrupte*: acipisse

76) et credat — is accipit] Reb.: et se accepisse verum corpus credit, is accepit

77) etc.] *a* Reb. *abest.*

Digitized by Google

particulam et Diacono tradidit cum exprobratione negligentiae indignae ministro verbi, cui respondit nullam inter has et illas particulas differentiam [a] esse. Quare ad Wittenbergenses Doctores casus ille delatus, qui hanc sententiam responderunt. [b] Reuerendiss. pater. [c] Primum non est negligentia, sed nequitia insignis [d] istius diaconi, qui contemptor Dei et hominum, ausus est in publico [e] hostias [f] consecratas, et [g] non consecratas pro eodem habere. Ideo simpliciter extra Ecclesias vestras eijciendus est, [h] vadat ad suos Zuinglianos. Non est opus, vt carcere terreatur [i] homo alienus a nobis, cui nihil etiam iuranti credendum est. Porro rusticus qui nescius [k] accepit hostiam non consecratam, [l] nihil peccauit, fides [m] eum saluum facit, quia [n] credidit verum Sacramentum se [o] accipere, et verbo Dei nixus est, sed non falsus, sicut baptizatus est, [p] qui credit, etiamsi luderet, vel alio liquore baptizaret [q] baptizans, sed tam [r] acute nihil opus est [s] disputare, ne turbentur vel irritentur conscientiae imperitae, sufficit quod credenti omnia sint [t] possibilia. De particulis mixtis benefactum est, [u] quod sint combustae, [v] quamuis re ipsa nihil opus fuisset [w] exurere, cum extra vsum nihil sit Sacramentum, sicut aqua extra vsum Baptismi non est Baptismus. [x] Edentibus et credentibus operatur Christus [y] in Sacramento, sed propter scandalum recte fecit Parochus exurendo,

---

a) particulas differentiam] *sic scripsi;* Reb.: differentiam particulas
b) Diaconus quidam cum — — sententiam responderunt.] *korum loco, quae tanquam prolegomena iudicio ipsi praefixa sunt, in principio epistolae apud* de Wettium *leguntur haecce:*
Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, D. Nicolao, Episcopo vero Naumburgensis Ecclesiae, suo in Domino Majori venerabiliter suscipiendo.
Gratiam et pacem in Christo. Cum absint D. Philippus, Crenziger et Major, nos duo, Pomeranus et ego, cogimur respondere T. D.
c) Reuerendiss. pater.] de Wette: Reverendissime in Duo. Pater.
d) nequitia insignis] *sic scripsi;* Reb. *male:* negligentia insignis; de Wette: nequitia, eaque insignis
e) ausus est in publico] de Wette: in publico ausus est
f) hostias] Reb. *typ. err.:* hastias
g) et] de Wette: ac
h) extra Eccl. vestras eijciendus est,] de Wette: est ejiciendus extra nostras Ecclesias:
i) terreatur] *sic* Reb.; de Wette: teneatur
k) rusticus qui nescius] de Wette: is, qui
l) accepit hostiam non consecratam,] *sic* de Wette; Reb. *falso:* accipit hostiam consecratam,
m) fides] de Wette: fides sua
n) facit, quia] de Wette: fecit, qua
o) verum Sacr. se] de Wette: sese verum sacramentum
